



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniuersi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber III. De publicis rebus humani iuris, & de rebus vniuersitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

quæ alibi recipiunt tractationem, vt ne vendi possint, *l. iubemus, 14. cum aurb sequentibus, de sacrosan. eccles. vt in emtio ne dicemus, non possint prescribi, nisi quadraginta annis, & res Romanæ vel Constantinopolitanæ ecclesiæ nisi centum annis, l. fin. & aurb quas actiones, de sacros. eccles. tit. vi. eccles. Roman. centum annor. gaudeat sp. In summa privilegia ecclesiæ rata & firma esse debent, & ea violantes puniuntur, & irriti contrarij actus, l. privilegia, 12. & cōsti. seq. Cassa. de sacros. eccles. l. si ecclesia. 15. §. privilegia, de epis. & cler.*

De Muris & Portis ciuitatis. Cap. 29.

- 1 Muri unde dicti, & oppida, & aggeres.
 - 2 Ad murorum collationem omnes teneri.
 - 3 In quorum terra muri & turres ciuitatis sunt, vsum eorum earumque habent.
 - 4 Edificare non licet priuatis contra muros vel portas ciuitatis.
 - 5 Prohibitum municipibus edificare novos muros.
- P**ostquam egimus de rebus ecclesiasticis & sacris, t̄ operæpretium est de quibusdam sanctis, id est, innolabilibus agamus, de portis scilicet & muris ciuitatum: omiſſa tractatione legatorum, qui sancti sunt habiti, & de quibus tractamus in crimine læsæ humanæ maiestatis. Varro itaque *lib. 4. de ling. Lat. in. muros inuentos & dictos, vt tuto alicubi simus docet: oppidum ab ope dictum, quod munitur opis caussa vbi sint: & quod opus est ad vitam gerendam, vbi habitet turo, vel oppida, quod opere munitur mœnia, quod munitus essent. Quod exaggerabant aggeres dicti, & quod aggerem contineret muros, quod munitiendi caussa manu parabatur, quo sepiabatur oppidum, ex quo muros. Eius summa pinne ab his quas insignit milites habere in galeis solent, & in gladiatorib. Samnites. Turres a toruis, quod hæc prospiciunt ante alios: qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum por-*

tarent portas. ¶ Ad t̄ murorū instauracionem seu exstructionem, sicut & portus & aquæ ductus, c̄ certam facta & peratū collatione, nulla excusatione dignitatis locū habent, instare debent. *l. ad portus, 6. de operib. publ. lib. 3. C. tit. 12. facta tamen per aequatione facultatum, vt quisque secundum vires patrimonij contribuere cogatur, l. omnes prouinciarum. 11. eod. tit. de ope. publ. ¶ Li tamen priuati, in quorum terris turris vel muri noui ciuitatis construuntur opere perfecto, vsum ædificatorum habent, ea tamen lege in perpetuum seruanda, vt annis singulis ii, in quorum vsu terrula demigrauerit, proprio sumtu instauracionem eorum sibi existiment procurandam, l. turres. 13. de operib. pub. C. ¶ Non t̄ tamen inde quis putare debet sibi licere contra muros vel mœnia publica ædificia habere, nam si ea sint talia, ex quibus formidari possint vel incendia, vel insidias, deiici debent & prohiberi, l. ædificia. 13. eod. de operib. publ. ¶ Atq; inter ædes sacras seu publica ædificia & priuata, debet esse spatium quindecim pedum, l. si cui loci. 9. & l. Memiana. 11. de ædifi. priuatis. lib. 3. C. tit. 18. Nec libera sunt etiam murorum vel portarum refectiones municipiis, sed de operibus quæ in muris vel portis, vel in rebus publicis sunt, aut si muri extruatur, consulere principem oportet. *Modest. in l. de operib. 6. de operib. publ. 50. P. tit. 10. quando potissimum sumtu publico ædificari debent, l. 3. de operib. publ. in P. Et Vlpianus ait, muros municipales nec reficere licere sine principis vel præsidis auctoritate, nec aliquis eis conuigere vel supponere, l. sacra loca. 9. propt̄, de ver. diuis. lib. 1. P. tit. 8. Transcendere muros ciuitatis ad motus scalis, aut aliunde, quam per portas ciuitatem ingredi, vel egredi, hostile & capitalè habetur, si de ver. diuis. & vindicatum in Remo fratre Romuli, qui solum vallum ciuitatis transcendere ausus fuisset, d. l. si Lucan. in 1. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Et Plut. in vita Romuli, Quid in Fast.**

DE PUBLICIS REBUS HVMANI
IURIS, ET DE REBUS VNIVERSITATIS.

LIBER III.

De his, quæ tractanda sunt in hoc libro.

Cap. 1.

- 1 Rerum publicarum diuisio.
 - 2 Rerum vniuersitatis diuisio.
- R**epositi t̄ rebus sacris & sanctis, de rebus humani iuris, & primum de publicis, dehinc quæ vniuersitatis sunt, dicendum erit, & postea de priuatis, Deo volente. Itaq; de fiscalibus, & tributis, & vectigalibus, fluminibus, visque publicis, portibus, patrimonialibus principis, & pœnalibus fiscali compendiis, de basilicis, & operibus publicis, & aliis publicis. ¶ Inter t̄ vniuersitatis autem enatrabimus quæ municipi tantum sunt, & illis solum communia, vt stadia, theatra, nemora, pascua, & similia. In priuatis autem, & modos acquirendi dabimus.

De Pecuniis publicis, siue de rebus Fiscis, & de
Ærario. Cap. 2.

- 1 Corporis humani, & rei publicæ similitudo.
- 2 In corpore reip. sunt & nerui, qui nec plenitudine, nec inactione commelionis pati debent, si illa subsistere velit: nerui porro Pecunia publica, & Vectigalia.
- 3 Pecunia nomen ad omnes res pertinere nummo estimabiles.
- 4 Non fuisse ab initio Publica, sed Communia, & quomodo ceperint.
- 5 Ærarii constituendi necessitas, & Vectigalium origo.
- 6 Fiscalia, & fisci unde nomen trahunt. Et in. 11.
- 7 Inter Fiscum & ærarium quorundam differentia, vide in. 9. & 12.
- 8 Bona principis duplicis generis: patrimonialia, unde comites rerum priuatarum, & procuratores Caesaris.
- 10 Alia principis iure principatus & diadematis, Confiscatio sine licentia principis non fit.
- 11 Latum in seipsum in eadem prohibet. Quomodo fisci semper soluendo eod. Ærarii Fiscis & Marcupii differentia, Ærarium vbi apud Romanos, & quot, & copia, & extensio eorum.
- 12 Questores qui comitabantur prouinciarum rectores militares, Therssorsiers des guerres.

- 13 Questores ærarii, qui præfeci ærarii, bodie generaux des finances.
- 14 His subijunt tribuni ærarii, receueurs generaux. Exætores particulariæ dicti, Commis. Tabellarii, Contrerolleurs.
- 15 Ordo exigenda & deferenda vectigalia pecunia in fisci, Tituli, Les mandes, nunc.
- 16 Degubus & cum quibus indicant questores prouinciarum.
- 17 Quærario olim Romano præfeci.

Agrippa t̄ Menenius Lanatus, cum dissidia & seditionem plebis & Senatus componere studeret, plebem exandescētem apologeto corporis humani, ad pacē adiecit, simile ei esse corpus reipublicæ accommode demonstrans, futurumque nisi in vtroque, membra inter se conuenirent, compagem corporis dissoluerantur, *Dionys. Halicar. lib. 6. Histor. Linnæ. Erenim qui simul habitant, vnum corpus tantum faciunt ciuile, & vniuersitatis, l. 1. §. quibus autem permixtum quod cuiusque vniuersit. nom. lib. 3. P. tit. 4. Sic ecclesia omnis vnum corpus & catholica seu vniuersalis congregatio, in qua multa membra, 1. ad Corin. 12. ad Ephes. 1. & 2. ad Colos. c. fundamenta, c. 17. de elect. in 6. Vnde & corporati dici possunt, qui in communione aliqua conscripti vel admissi sunt, vt in l. 1. de Alex. primat. lib. 11. C. tit. 28. Er regnum vnum corpus.*

¶ Ceteram t̄ in omni corpore ciuili, quemadmodum in humano, & caput & membra sunt, & quædam alia, quibus illa colligantur: veluti nerui, quibus membra singula mouentur, & munitus proprium exsequitur. Et quemadmodum illa cerebrum & capite manantes per totum corpus humanum diffunduntur, vt notant medici *Galen. lib. 7. de decret. Platon. & Hippoc. Et Hippocrates, lib. de ossium natura, lib. de arte, & alibi. roburq; vim dant corpori, Galen. lib. 3. de administrat. anatomicis. & contra, conuulsioibus suis valde nocent, duabus ex causis vel ex plenitudine, vel ex inanitate Galen. ex Hippocr. lib. 1. de locis affect. Sic etiam in corpore ciuili ex arbitrio imperantis, seu a bene disposito capite, robur in societatem subiectam permeat, & status eius fit legitimus, qui neruus disciplinae dicitur, c. 1. de senen. ex com. lib. 5. Decret. tit. 10. c. cum inter. de consuet. lib. 1. Decret. c. 4. Neruiq; alii, quibus iuuatur & quodammodo viuificatur, si bene valent, si plenitudine vel inanitate non patiantur conuulsiones, sunt pecuniæ publicæ, vt &*

Cicero vocat, neri reipublicæ, nempe vectigalia, Cic. pro leg. Manil. quia sine his consistere nequit. Quare Aristoteles ait, 1. Polit. c. 7. & li. 7. c. 8. necessitatio omnes rerum publicarum species egere pecuniis, & ipsasmet vniuersitates & municipia, quibus ad exemplum reipublicæ permissum est habere arcam communem, Cuius in l. 1. §. quibus permissum, quod cuiusq; vniuersi, nom. in P. pecuniæ quippe obediunt omnia, Ecclesiast. c. 10. Et sicut protegit sapientia, sic & pecunia, Ecclesiast. c. 7. Nec ciuitatem dicebat inexpugnabilem Philippus Macedo quantumuis inunitam, quam posset ingredia-
 fellus auro onustus, Iustinus, 8. §. 9. Demosth. contra Echinem.
 ¶ Voco autem hic pecunias communi appellatione, proutentus, reditus, tributa, vectigalia, & reliqua id genus, quæ in compendium veniunt reipublicæ: cum pecuniæ nomen omnes complectatur res, quæ in patrimonio sunt, quæve nummo functionem accipere possunt, Paul. l. pecunia appellatio, 4. §. seg. l. pecunia verbu. l. 178. de ver. sig. in P. Et in pecunia, omne robur patrimonii antiq; posterunt, lex, que tutoris, 22. de administ. iuro. l. 5. C. ii. 7. Ideo & omnia vectigalia & res publicis necessitatibus subuenientes, pecunias dico publicas & neruos. Sic & senatores Neroni, volenti aliquando remittere omnia vectigalia, dixerunt fieri non debere, & dissolutionem imperii secutura, si fructus, quibus res publica sustentetur, diminuerentur, Cornel. Tac. lib. 13. annal. Et Papyrius iurisc. l. imperatores, 13. de pollic. lib. 50. P. tit. 13. non obseruandum ait, quod defunctus certa summa legata veruit vectigalia exerceri: esse enim tolerabilia, quæ vetus consuetudo comprobat, eamque, vt damnosam reipublicæ reicit voluntatem. ¶ Arbitror tamen ab initio quidem prioris societatis rudis, cum coiret ex specibus vel syluis in vnum homines, nulla adhuc ciuili prouidentia instructi, sine publicis vixisse, nec seorsum quædam publicis destinasse vibus: forsitan quia omnia erant communia illis tum, vt ætate Saturni omnia communia fuisse tradunt, Macro. lib. 1. Satur. c. 8. Lucia. in Chronolo. Ouidius, Metamorph. 1. Iustinus ex Trogo, lib. 43. Nam Nec signave quidem aut parviri limite campum
 Fas erat, in medium quærebant, &c. Virgilius, 1. Georgico.
 Et tunc quoque vtebantur priuatis vt publicis, & ex illis pro negotiorum occasione nullius habita ratione domini in communia negotia expensæ fiebant, donec a communione discessum est, & quique rerum propriarum magis solite, quam publicorum negotiorum cepit gerere curam: vnde & societas humana & pax eius cepit vna dissui, nemine existente, qui sponte vt antea publicis præuideret calamitatibus, nec de illis impedentes & deciduas sentiret, curaret. Quare necessitas, quæ aggeres, oppida, muros, & fossas ad tutandam societatem extruere compulit, coegit quoque inter ciuiles leges & ea disponere, quæ de pecuniis exigendis & conferendis ad negotia subeunda publica & communia, pertinerent. Sant enim pleraque in republica, quæ præsentem desiderat pecuniam, nec moras ad exactiorem eius patientur, vt bellorum impensa, magistratum stipendia, multaq; alia, quæ ex publicis arariis ad manum esse debent.
 ¶ Quare & Plutarchus refert, in vita Publ. prudentissime aduersus bellorum necessitates, exactis regib. Valerium Publicolam in æde Saturni pecunias recondidisse publicas, vt tutæ simul & paratæ essent. Vero simile est, si verum non est, ab initio in ciuilibus societatibus, idoneos ad gubernandam vel protegendam reipublicam ab aliis minus idoneis vel nolentibus onera personalia subire, iuuatos pecuniis, & ita alios operâ & industriam, alios pecunias contribuisse: iusta enim societas, in qua illa contributio pecuniæ cum personæ industria fit, §. illa sane, de societ. apud Iustin. lib. 3. tit. 26. Vlpian. in l. si non fuerint, 29. pro socio. lib. 17. P. tit. 2. l. societas, 5. eod. Fueruntque multi, qui sequentibus temporibus sponte iuuarunt publicum ararium, vt quando Romani contra Hannibalem certantes viderunt exhaustum ararium, Liu. lib. 4. decad. 3. Non tamen semper, sed raro accidit, neq; spontaneæ quoq; oblationes vel auxilia sufficere posse visa sunt. Quamobrè ex lege ceperunt imponi & exigi certa quædam annuatim vel alio tempore publicis & communibus negotiis destinata, hinc tributa, census, vectigalia, & id genus similia. Et ante imperii vel principatus constitutionem, ararium hoc ex auctoritate populi augebatur, & dispensabatur: at postea venit in ditionem principis, dum omnem suam in ipsam populus transtulit potestatem, §. sed quod principi, de iure nat. gent. §. ciu. l. 1. §. cum aliis, de vet. iur. enuclea. C. vnde & inter regalia hodie sunt vectigalia, multarum, bonorumque vacantium compendia, §. 1. que sunt regalia in visib. feudor. & alia de quibus collari fiscum dicemus. Et cum olim ex consensu solum ciuium & quorum intererat vectigalia possent imponi, hodie non possunt

nisi consulto & sanciente principe, l. final. C. de vulg. l. 1. §. 2. velt. no. in fin. non posse. C. cap. in nouamus, de censib. c. super quibusdam, de verbor. signif. l. vectigalia, l. 10. de public. lib. 39. P. tit. 4. Porro compendia hæc publica fiscalia dicuntur, a nomine fisci, quo colligebantur, vel conferuabantur, vel transferebantur pecuniæ illæ. Fiscus porro, vas quoddam rusticum, capax, contextum, sparteum, Nonius Marcellus Pyrrhus Anglerbermenius lib. 2. de magistrat. Colum. lib. 12. de re restic. cap. 50. Alcon. Pedia. 2. in Verrem. l. sed add. 21. §. illud nobis, loca. in P. quo recipiebantur pecuniæ, & deferrebantur: si verum est fisci nam a ferendo, vt ait Varro, 4. de ling. Latin. dictam, cui affinis fiscus. Et ideo accipitur continens pro contento, nempe fiscus pro pecunia, quæ fisci continetur, vt apud Ciceronem, 2. Ferrina. fisci Sicilenses, pro pecunia Sicillensium, & eius reipub. arario. Et apud Cornelium Tacitum, lib. 1. Annal. fisci rapti imperatoris, id est, arcæ, in quibus deferrebatur pecunia principis.

¶ Neque tamen de nominis significatione magna est controuersia, eo excepto, quod quidam rati sunt, ararium fuisse pecuniam publicam, fiscum vero principis propriam, ex Plinii iunioris auctoritate, Plinius in Panegyri. ad Traianum, dum ait, At fortasse, inquit, non eadem fuerit ararium, quæ ararium cobites, imo tanto maiore, quanto tibi plus licere de tuo, quam de publico credis. Cui sententiæ doctiorum quidam subscriperunt, mihi tamen non satisfacunt, cum confundi hæc legamus, & ad ararium deferri dicat Paulus, pro delatione in fiscum, l. edicto. 13. de iur. fisci, lib. 40. P. tit. 14. Iustin. in §. penultim. de vscap. in i. l. neque enim, 1. de restic. milib. lib. 2. C. ii. §. 1. ¶ Ignorandum tamen non est, principis bona duplicis esse generis, & considerationis. Alia namq; possidet vt priuatus, sine consideratione principatus, quæ proprie fiscalia non dicuntur, sed patrimonialia: & proinde qui illis bonis præerat, dicebatur procurator Cæsaris, Vlp. in la. de offic. procon. Cæsar. lib. 1. P. tit. 19. vel comes rerum priuatarum, l. 1. de offic. comit. rerum priuatar. lib. 1. C. ii. 36. Meminerunt & Cæsares de his bonis nomine priuatorum bonorum, in tit. de feudis rei priu. §. salub. diu. domus, potissimum in l. 2. §. 3. lib. 11. C. tit. 65. Libens a Zenone, de quadriem. præcri. C. §. Et t. conitar ex Strabone, lib. fin. Geograph. in fin. & Zonara, in Augusto. fuisse prouincias Romanas olim tempore Augusti, diuisas inter Augulum & populum: & reditus earum, quæ populo relicte, fuisse delatas arario. Fisci autem ea fuisse, quæ in iisdem Imperatores & eorū procuratores imponebantur iure regio. ¶ Alia tamen princeps bona habet, quæ vel iure diadematis possidet, quæ annexa dicuntur coronæ, vel iure potestatis & auctoritatis concessa: veluti quæ ex confiscatione pendunt. Cum ea sine suo permissu non fiat, l. ne sine iussu princip. l. c. cert. iudic. confisc. lib. 9. C. tit. 48. Et hæc solent dici fiscalia, & rationalis procurator fisci, & aduocatus fisci, qui hæc curant vel defendunt, de aduocat. fisci. C. Et quia hæc omnia ex arbitrio principis quamdiu imperat dispensantur: ideo & cum nota impropietatis, quasi, gloss. in l. diuortio, §. si fundum, in verbo, in alieno, soluto matrimon. omnia publica ista fisci, quasi propria dicuntur principis ab Vlpiano, in l. 2. §. hoc interdicitur, ne quis in loco publ. lib. 43. P. tit. 8.

¶ Nihil tamen prohibet etiam, vt inuentis addamus, Fisci nomen aliunde declinare per rerum similitudinem & metaphoram, vt fiscus dicatur a Græco, φυσικός vel φυσικός, quod idem est Helychio, quod φυσικός vel φυσικός, id est, vterus, vel crassum intestinum viscereum, cuius natura est in perfectis animalibus, non in his, quibus vnum rectum tantum intestinum, vt latitudine sua contineat cibum immixtum, & sic causa cur assidue alimenti subministratio non egeamus, veluti in vrinis idem efficit vesica, teste Galeno, lib. 4. de vscapar. corpor. human. c. 18. Cuius similitudinem retinet ararium in republica, vt instar vteri pecunias dispensandas postea paulatim simul recipiat, & ita fiscus merito, semper soluendo dicitur, l. 2. de fundo dotal. lib. 23. P. tit. 5. Vt tamen fiscus maior est marsupio, sic ararium maius & capacious fisco. Forsan & ararium non inique dicemus esse nunc, la chambre du tresor, ad quam deferantur omni ex parte regni pecuniæ publicæ & fiscales. Fiscum autem & arcas fiscales in prouinciis Theaurarias, ad quas minutatim collectiones factæ ex pagis, oppidis, & ciuitatibus deferuntur. Sic etiam decreuerat Iustinianus esse in singulis prouinciis arcas fiscales, l. 4. de numerar. §. a. C. i. lib. 12. Cod. tit. 50. Marsupium autem dicere possumus, quod dicitur exactiorem, seu la lieue particuliere, quam consules seu decuriones locorum & ciuitatum faciunt. Ararium ab ære, quo tantum olim loco pecuniæ antiqui utebantur, nondum signato auro vel argento, Papius, lib. 3. 4. c. 1. vnde & tribuni ararii, aramen

attamen alia pecunia, postea retento priori nomine, ditatum est. Eratque Romae ararium in ædibus Saturni, & in Nemis & Tibure ad incertos belli eventus thesaurus recòditos habens. Sanctius tamen in ædibus Saturni, ubi vicissinarium aurum, quod ex vicissimis exigebatur, quod & vicissinarium & chimilarchum dicebatur. Ditatum maxime ex manubiis hostium, & triumphis veterum: ut a Porcio Catone ex Cypris opibus direptis, *Florus lib. 3. epit. cap. 9.* Ex Cypro namque Asia deuicta, reportauit Cato quingenta millia talentorum, *Plin. lib. 33. cap. 33. Lucan. in Valer. Max. lib. 8. c. 16.* Scribit & Liuius in 1. *decadis. 5.* Appii Claud. centonem ex Celsibetis quantem, in hoc ararium millia pondo argenti tulisse, & quæque millia auri. Hoc sanctum ararium Florus vocat, *lib. 4. cap. 2.* Et effectum tradit a Iulio Cæsare in principio bellorum ciuilium, antequam imperium usurpasset: cum tamen sanctum esset tribunis, non nisi urgente necessitate illud aperire. Narrat & Plinius, *lib. 33. c. 3.* cum primo introitu vrbis in ciuili bello suo, ex arario protulisse laterum argenteorum 26. millia in numerato, pondo 300. fuisseque in arario populi Romani sexto Iulio & L. Aurelio co. septem annis ante tertium bellum Punicum, pondo 200. xxv. i. Argenti nonaginta duo millia & extra numerum 600. & l. xxxv. m. Item Sex. Iulio & L. Marcio co. belli societatis initio 200. c. xl. v. i. auri pondo. Deinceps tamen omnia araria, cum pro vno habeantur, sunt dicta sacratissima vel sancta, ut in 1. 2. de quadrienn. *præscript. lib. 7. C. iij. 37. l. fin. de paga. & sacrific. eorum. C. lib. 1. tit. 14.* Fuert autem pecunie publicæ, in diuersa araria separata, prout ex generali in quædam negotia destinata erant, veluti ararium communibus pecuniis vectigalium excipiendis paratum, & negotiis ordinariis reipublicæ destinatum. Aliud ad ditum militare ab Octauiio Cæsare cum vectigalibus nouis, ut facilius quæ disciplinae & necessitati militari requireretur, parata essent, ut refert Suetonius Tranquillus in Octauiio, *cap. 49.* Erant & ante eum qui comitarentur rem militarem quæstiones, missi a populo Romano cum imperatoribus, id est, ducibus, consulibus, & pratoribus ad administrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, ut obseruare sepe licet apud Liuium, ex quæstionibus qui sortiti fuissent prouincias, ut ait Vlianus l. 1. §. ex quæstionibus, de offic. quæstor. *lib. 1. P. tit. 13.* dicere possumus hodie *Theorèmes des guerres.* Erario, §. dum populus per cõsules regebatur, præpositi erant & quæstores, *Gellius lib. 13. c. 24.* ab eo quod inquirere & conseruandæ pecunie publicæ causa præfecti essent, *Pomp. in l. 2. deinde cum ararium, de orig. iur. Varro 4. de ling. Lat.* Tempore Romuli dicunt quidam duos quæstores creatos, sed incertum illud: certum tamen Tullii Hostilii tempore fuisse a populo & plebe electos, *l. 1. de off. quæstor. lib. P. tit. 13.* Pomponius Lætus, *lib. de magistrat. Romanorum,* tradit, temporibus etiam regum ab illis hos auctoritate legis curiata a Reio Bruto repetere institutos, & illis electis a consilibus: dehinc additos accedentibus vectigalibus vsque ad viginti, 14 testatur Cornel. Tacitus, *lib. 11. & 16. annal.* In hoc locum præfectorum ararii, sunt hodie, *les généraux des finances.* Quibus subsunt tribuni ararii, quos receptores generales dicunt, & exactores seu coactores particulares, *d. l. 1. & 2. de off. quæstor. lib. 1. C. tit. 33.* dicimus *commis.* & alii. Nam Romanorum iure exactio facta particulari, exacti ad Thesaurarios cuiusque prouinciæ proximos deferre batur, *l. 1. de canon. largit. l. b. 10. C. tit. 23.* Tabularii autem, quos vocamus *cont rolleurs,* duo erant cum susceptore in singulis prouinciis, *l. duo tabularii. 13. de suscepto. lib. 10. C. tit. 70.* Exactores autem particulares ad susceptorem seu receptorem generalem referre bant pecunias a se exactas singulis quatuor mensibus, consignatas cum nomine inferentis, die, consule, mense, causa, & summa, *l. 1. de apoch. publ. lib. 10. C. tit. 22.* Et hoc etiam hic ordo seruatur conquirendæ publicæ pecunie, ut eam cõsules vel decuriones locorum exigant secundum ritulos illis missos, vocant *les mandes.* Dehinc illi deferant ad susceptores seu receptores: & receptores particulares, ad Thesaurarios generales: illi ad sacrum comitatum, seu in locum ararii principis, vel alium locum a rege decretum, ut ex constitutione Francisci primi, quæstores generales mittere debent Lygdunum ad æs alienum regni soluendum, *exist. constit. Henrici. 2. de l' establisement du Coffre de l'ouure anni 1556.* Iudicant & isti quæstores prouinciarum cum præsidibus prouinciarum, seu iudicibus, presente sibi patrone, secundum formam l. 2. *si aduers. sicc. lib. 2. C. tit. 37.* de causis inter fisco & priuatos. Et Lutetia propria est curia thesauri, quæ de his cognoscit, referuat prouocatione ad curiam supremam, ex constitutionibus Francisci primi regis eius nomine Ianuarii

1543. & Februarii eiusdem anni. Anno 7. ab vrbe Romæ condita 709. tempore quo delatum est imperium Iulio Cæsari, administratio publicæ pecunie a quæstoribus ad ædiles translata, nec postmodum ad quæstores rediit, sed tandem vitis prætoris mandata est, & eo anno ædiles publicis thesauris præfuerunt, ut auctor Dion Cassius, *lib. 43. histor.* Instituit autem Octauianus Cæsar, *Dion Cassius. 53. lib.* anno ab vrbe 720. ut administratio ararii quotannis bini viri prætorii præficerentur. Cornelius Tacitus *lib. 13. annal.* de variâ ararii præfectura quæ fuit, in consultiu Q. Volusi & P. Scipionis consulum sic scribit: *Dein princeps curam tabularum publicarum a quæstoribus ad præfectos transiit, varie habita & sepe immutata eius rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos: dein ambitu suffragiorum suspectio, sorte ducebantur ex numero prætorum qui præsent. Neque id diu mansit, quia fors deerrabat. ad patrum idoneos. Tum Claudius quæstores rursus imposuit, si que ne mens affectionum extrardinem honores permisit, sed deerat. robur etatis eum primum magistratum, capessitibus. Igitur Nero præfectura perfectos & experientia probatos delegit. Claudius Cæsar collegio quæstorum curam ararii Saturni reddidit, quam medio tempore prætores, aut prætura functi sustinuerant, teste Suetonio in Claudio, *cap. 20.* Et Corn. Tac. *pred. lib. 13. annal.**

Causæ, quæ iustam impositionem & exactiorem vectigalium, tributorum, & pensationum publicarum faciunt.

C A P. 3.

- 1 Vectigalium imponendorum causæ tres legitime, relictio imperii, conseruatio dignitatis eius, utilitas subditorum. Quare principi debeantur, rationes, finis, & effectus.
- 2 Tributa imponere non licet in consilio principe.
- 3 Tributa quædam lenia dominum referentia. Trulla aurea, & porci, &c.
- 4 Præstatio tributi quando dominum superius signat, & quando dominus censuatis directus dominus presumatur.
- 5 Solam recognitionem non sufficere sine solutionibus census ad probandam dominum directum, duas posse probare.
- 6 Iure omni debita esse tributa, & solui debere principibus docetur.
- 7 Singula vectigalia probata, constitutionis suæ suas exhibent causas, ut pedagia, securitatem & facultatem itinerum, num qui illa soluit pro repressatis capi possit eod. Damnum resarciant itinerantium, qui pedagia & guidagia capiunt.
- 8 De malis & onerosis seu tyrannicis vectigalibus non imponendis.
- 9 Qui ademerunt vel minuerunt tributa populorum, vide nu. 11.
- 10 Facile populus nimium tributis pressus, vel res relinquat, vel rebellat, ut exemplis docetur. Chitperci impositio nimium grauis tributorum coegit populum in alienum regnum migrare.
- 11 Quando fraudantes vectigalium nec hominibus obligati nentur, & de rebellantibus ob vectigalia noua.

Cum hoc constat ex singulorum facultatibus, & fortunis, atque laboribus pecunias colligi publicas, vidi multos dubitantes, num istæ exactiões & onera liceret principi, & num tyrannidipotius, quam legitimo imperio essent adscribenda. Quamobrem ne de rebus istis publicis disputantes in posterum, videamur sapem iniquitati ædicare, paucis censuram meam, quando iusta & debita sint onera imposita & tributa, aperiam. Itaque dico licere cogi exigiq; has pecunias a populo, si aliqua ex tribus causis inde accedat, nempe, si ad releuanda onera imperii, vel ad conseruandam dignitatem eius, vel ad utilitatem comunem omnium exigantur & expendantur. Duas primas exprimit Plinius iunior in *Panegy. ad Traianum.* tertia sub virilique contineri potest. Recte princeps qui sustinet onera reipublicæ, dignitatemque, quique omnibus prospicere debet, hæc tributa & census & reliqua, quæ constant patrimonium publicum, percipiet, qui pro omnibus vigilat, ab omnibus beneficii præmio accipere debet, *cap. cum ex officio sui debito, cap. 16. de præscript. lib. 2. decretal. tit. 26.* Nemo teneat militare suis sumptibus, *ad Corinth. 9. cap. ita nunc illud, §. fin. 28. q. 1. ad Galat. 6.* Secundam naturam quoque est, ut qui sentit onus, sentiat & commodum, *l. secundum naturam, 10. de reg. iur. l. fin. §. sed cum in secundam, C. de furt. lib. 6. C. tit. 2. l. vici. §. pro secundo, de cad. sol. lib. 10. C. tit. 50.* Et quod quis pro conserua-

tionem rerum alienarum expendit, equum est rependi, l. 1. § 2. de negot. gest. lib. 3. P. tit. 5. Adde quod princeps velut sponsus reipub. suae est, vt optime norunt Veneti, qui potissimum in maritimis praevalet: Dum enim eligunt ducem, eumque inuiciant, solemniter modo coronatum iubent mare sibi desponsare, iniecto annulo in symbolum veri & perpetui imperii, Gaspar. Contarenus lib. 1. de rep. Venet. Vnde & reipubl. bona dotis nomine tanquam sponso tradenda sunt: qui enim onera subit matrimonii, penes se dotem habere debet, l. pro oneribus, de iur. dot. lib. 5. tit. 12. C. l. actione, l. 76. § fin. pro socio, lib. 17. P. tit. 2. Pan. l. his qui, § 7. sibi esse debet, de iure dot. lib. 23. P. tit. 3. Tertio iuris regii est, censum imponere rebus & personis, iureq; diuino probati, i. Reg. 8. August. lib. 2. contr. Faust. Manich. cap. 7. 4. Reddite, inquit dominus noster Iesus Christus, consultus an liceret dare censum Caesari, qua sunt. Caesaris Caesari, qua sunt. Dei Deo, Matth. 22. Marc. 12. Potestas regum ad vilitatem communem Dei ordinatione inducta est, nec potestas nisi a Deo, i. Petri 2. § 2. ad Corinth. 5. ad Rom. 13. Sap. 6. Ideo, inquit D. Paulus ad Rom. 13. tributa eis praestatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

2. ¶ Neque si licet alteri vel praesidi prouinciae collectas seu tributa in consilio principe imponere, alioquin poena quadrupli tenentur, l. placet. 9. de excess. munerum, lib. 10. C. tit. 47. l. per equatores, de censib. eo lib. C. § c. i. § iur. ut iudic. sine quoq; suffrag. cum similib. ibi nota. Quarto probantur & tributa propter subiectionis ius, c. 2. de cens. lib. 3. decret. tit. 39. c. accedentibus, c. 15. § c. recipimus, c. 8. de priuileg. lib. 5. decret. tit. 33. l. comperit, de prescript. 30. vel. 40. amur. C. quod potissimum in debellatas gentes victoribus conceditur. Si quando, inquit Deus ad Mosen, Deuter. 20. accesseris ad ciuitatem expugnandam, offeres ei primum pacem: si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est saluabitur, & seruet tibi sub tributo. Eaque lege victi bello Canaan, facti fuerunt tributarii Israelitico populo, Iosue 17. Et Salomon fecit tributarios eos, qui remanserant superstitres a gladio Israelis, de Amorrhais, Iebuseis, Hetheis, Phereis, 3. Reg. 9. c. 2. Paralip. c. 8. Eratq; hoc tributum veluti frangum, quo superbia hostium deiciebatur: vt scriptum quoque est, quod Dauid abstulit de populo frangum tributarii Philistinorum, 2. Reg. 8. De uicta Carthagine, Romani eius ciues & auxiliares tributarios fecerunt queque, Appian. Alex. in Lybica. & alias pleraeq; gentes, quas referre longum esset, inter quas pro nota subiectionis tributum fuit, Bolla, inquit Orofius libro 5. in princ. maiores nostri gesserunt, bellis saugati pacem petentes tributum obrulerunt. Tributum pacis est, nos tributum pendimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt, nos constitimus.

3. ¶ Nec si tam quantitas oneris, quantum qualitas ipsius tributi consideratur, sed veluti signum imminutae libertatis: quandoquidem quod tributi nomine aliquando dabatur, paruum erat & exiguum, sed symbolum durum & graue, vt legitur quotannis Alphonsi Hispaniarum regi, pro tributo trullam auream a Genuesibus pensitaram, Ant. Pan. lib. 4. de dit. § fact. Alphon. cap. 2. 2. Et Foro iulienfes uicti a Venetis coguntur singulis annis tributi nomine duodecim porcos, & duodecim panes singulis existentibus ducentarum praestare librarum, Flau. Blondus, lib. 5. de cadis 2. Sic etiam a nobis dominus postulat decimas, vt eum qui nobis imperat cognoscamus facilius. Et in signum generalis dominii. c. cum non in homine, c. 23. de decim.

4. ¶ Illud si tamen quod dicimus tributum praestationem arguere subiectionem domini eius cui praestatur, intelligendum est, quando praestatur principibus & regibus, non de censibus aliis directis dominis praebitis: Quia cum ob diuersas causas census solui possit, quam ob dominium vel subiectionem, c. recipimus, 8. de priuileg. lib. 5. decret. tit. 33. censuales praestatio, & tributorum solutio non solet praedecedere domino, l. si functionis, 4. l. censuales professio, l. 7. de donatio. lib. 8. C. tit. 54. l. solemnibus 25. de res. vind. lib. 3. C. tit. 3. 2. quamuis in contraria sententia sit Bal. in l. silent., 2. colum. 2. de offic. procons. § leg. qui praestationem hanc semper arguere subiectionem ratus est. Quem tamen refellit Panormitanus in c. fin. num. 2. 3. 4. 5. 6. de caus. possess. § propriet. § in cap. peruenit, de censib. & Felinus Sandaeus in cap. cum Bertholdus, nu. 26. § 27. de sentent. & re iud. Si tamen accedant alia solutionibus pensionum, signum poterit esse dominii, vt si solutio facta fuerit eo tempore quo alii subditi soluebant, & ei personae, quae tantum a subditis solebat accipere: & si territorium siue ager sit altera alia praedia subdita, vel ipse

inter subditos, vt disputat l. in l. placet, in 2. lectura, de sacros. eccle. C. Et Masuerius scribit, in tit. de locat. & iur. emptor. §. i. citat. § gl. pen. c. constitutus, de relig. dom. eum praesumi dominum directum, qui habet censum annuum, vel pensionem super certum fundum aut oppidum, potissimum si inueniatur vna recognitione cum solutionibus census. Sola namque praestatio tunc sufficit ad probationem dominii, cum longi temporis praescriptione & inueterata reddituum susceptione coniuncta, l. litibus, 19. de ugric. & cens. lib. 11. C. tit. 47.

¶ Et si Guido Papae decif. 272. vnam recognitionem non transferre quidem dominium, sed sufficere ad probationem dominii, vt confessionem extraiudicalem, quae non inducit obligationem, sed tantum eius probationem, l. Publica, 26. §. final. de posin. P. lib. 16. tit. 3. Quae tamen sententia iure expresso reprobari potest, per leg. cum seimus, l. 21. de agric. & cens. lib. 11. C. tit. 47. Proinde sola agnitio non sufficit, nisi & alia quae dixi concurrant, quod & idem Guido Pap. scribit, decif. 315. multo minus si post recognitionem non sequatur usus, puta non fiat solutio census secundum illam, vt appareat inde non fuisse ius quae situm, Io. Faber in §. aequae, verific. tertio quaritur, de act. Nam & potest esse error, vnde nec confessio falsa prauid. cat. nec si volens, 6. § l. interrogatum, 24. de libera. cau. lib. 7. C. tit. 16. Vim & factio in nomine, recognitio, vt sit geminata agnitio dominii, vnde sola non sufficit, quia alia praesupponit, quae non existat, arg. l. si quis in aliquo, de fide instrum. C. Dubium enim non est geminas agnitiones fidei facere, Barto. in d. l. cum seimus, num. 7. de agric. & cens. lib. 10. C. Aliequin sine solutionibus vnam non sufficere dicimus, & res natura praesumi liberas, nisi dominus qui praesupponit ius de eo doceat, vt fuisse disputat Guillelmus Benedictus in repet. c. Raynuitus, in verb. & exorem nomine, decif. 2. num. 20. §. seq.

¶ Quinto si iura pontificia & regibus & superioribus tributis & census iubent solui, c. si tributum, § c. magnum, 1. 1. q. 1. cap. tributum, 23. q. 8. c. conuenior, eo. De iure ciuili potro id dubium non est, cum existet tituli de publicanis & vectigalibus: de colonis & tributis, &c. Imo vtrunque ius omnia dominia rerum pendere ex imperatoris voluntate seu principis voluntate, & in de manasse: & posse non tantum census in his per illos imperati, sed etiam admittes, & omnia imperatoris esse, c. quo iure defendis, 8. distin. l. bene a Zenone, de quadri. praes. C. l. Lucius, de enit. in P. Et constitutionib. Apostolicis D. Clem. lib. 7. constit. c. 17. § l. 4. c. 13. penditote regibus & magistratibus tributum, vectigal, & q. omnem collationem ex grato animo.

¶ Habent si & postremo singula fere genera vectigaliu, quantum rationem adhuc suae institutionis: vt si de vectigali, quod pedagium dicitur, in quibus inuenies pensitari merito, quia instituta sunt vectigalia in itinibus periculosos vel difficilibus, vt ex illa pensitatioe qui eam capit, tutum iter praebet, & a fura vel difficultia complacet, Ludouic. Roman. in l. de public. ad §. hic tit. Va. de Baldus in cap. 1. que sint. regalia, in vsibus feudor. tradit ex Oldrado, quod soluens ista pedagia, non potest capi pro repressaliis seu clauigatione: quod tamen hodie non feruatur, vt ait Ludouicus Romanus ubi supra. Verum tamen dominus qui colligit vectigal huiusmodi a transeuntibus per suum territorium, tenetur resarcire omnia damna quae passi ibi sunt qui solunt, Bald. in cap. 1. qui feudum dare poss. § in cap. 1. de pace iuramentis. firman. arg. l. ne quid, 3. de incen. ruin. § naufragia. Sicut & breuiculum, quod vocatur Guidagium Armoricae princeps recte exigit, & introducit: cum enim Armorici principes ac reges praefici, scopuloso & importuoso littore, crebra naufragia fieri prospicerent, edicto statuerunt, ne iniussu suo, freta excedere liberum esset: soluuntibusque peritimarum & littorum, venie tesseram seu breuicula nauigaturis darent, e Argentaeus in consuetud. Armori. Sic enim futurum est, vt nec licite merces ad barbaras gentes deferantur, & naues quae a portu vel litore dimittuntur, nullam concussione vel damna sustineant, si naucleri deponant, in quam prouinciam ituri sunt, Gravian. Caesar in l. unica, de litor. & itinere. c. sod. lib. 1. 2. C. tit. 45. Vectigalia quoque mercium & personarum vel maxime profunt & vitia sunt principi, vt noit quae merces in regnum importentur vel quae exportentur: quaedam enim sunt, quae non licet barbaris communicare, tit. quae res export. nequ. lib. 4. C. tit. 41. sic de similibus. Hocque ius tributorum gentes omnes probantur, vt ex nationum moribus obseruatis, quid quantumve solutum sit, poterit colligi: vt de Graecorum tributis plura apud Alexandrum ab Alexandro lib. 4. gentium dierum, cap. 10. Nec si ignoramus 8 tamen pleraque onera fere importabilia humeris subditorum im-

nia principibus: verum & nos de illis non loquimur, se interim ea quoque iure imponi posse dicemus, & non habita ratione ad id quod fit, sed eius quod fieri debet, ut in l. penult. de iustis. & iur. Boni quippe pastoris est pecus tondere, non deglubere, vel ad viam usque radere, ut scripsit Tyberius Cæsar Amylio Recto, qui Ægypto præerat, mittenti maiorem summam constituta, Dion Cassius lib. 57. histor. Edoardi primi regis Angliæ sanctione interdicta fuit regibus citra consensionem consiliumque vniuersæ Angliæ plebeia tributorum indictio anno domini 1298. Polyd. Virg. in histor. Angliæ. Si enim fieri posset, ut sine vectigalibus saltem extraordinariis regum esset, felices essent subditi & imperantes: ut contra infelices vtrique, ubi onera illa frequentantur, & modi exhauriendi mansipia augetur, & conquiruntur. Populus tamen tributis oppressus vel rebellat, vel misere interit. Nephorus Botoniatus, postquam orientis imperator fuit coronatus: quicquid fisco deberetur in vniuersum aboleuit, ac nouas tabulas magnifico edicto instituit, lib. 1. iur. Oriental. in constitutione, 2. Botoniatus de releuat. fisco debito rum. Optime Pertinax Imperator vectigalia omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant, in fluuio rum ripis, vrbiumque portis, perque vias & itinera penitus remisit, Herodi. in 2.

10 Iusta talis quando exordio possunt esse vectigalia, ex causa vrgente tunc, ut ob bellorum impensas maximas: at quando causa cessat, iniusta sunt, si exigantur, & populus qui in necessitate confert vel sponte, dum sine causa onera persequantur, calcitrat, vel res incultas abiicit. Sicuti quando Chilpericus descriptiones nouas & granes in regno fieri iussit, multi relinquentes ciuitates, quas incollebant, vel proprias, alia regna perierunt, sacius dacentes peregrinari quàm talliabiacere periculo: statum enim fuerat, ut possessor de propria terra vnam amphoram vini pro arripento daret, ut auctor Gregorius Turonensis, lib. quinto, h. stor. Francor. cap. v. g. s. m. o. s. p. m. Dicebat Philippus V. rex, in parte vltima, styli parliamenti Ausserii, titu. de tallis & exacti onibus, constitutione Philippi V. Anno 1358. declaramus in super intentionis nostre non esse, quod gabelle & impositiones nostre durent. Et Perianter Corinthiorum rex a nemine tributum exegit, sed redditibus fori & portuum contentus fuit, Heraclides in poluitis, in republ. Corinthior. Erychrius præfectus vrbis sub Zenone, cum neque fiscum sufficere cerneret, neque onus imponere maius tributis quam constitutum esset, sustineret, aut improbe quippiam facere, quippe vit humauis: fiscus autem esset profusione Zenonis exhaustus ab his, quæ Leo ibi reliquerat, eorum quæ deberentur a Zenone donatione petita, magistratu abiit cum dolore ciuitatis, Suidas in verbo Erychrius. Marcus Antonius Philosophus, ne exacti onibus vectigalium & tributorum, ætatio ob bella exhausto, populum oneraret, auctionem vestium imperatoriarum fecit, vendiditque pocula aurea, Crystallina, myrrhina, & vasa regia, vestem vxoriam sericam & auratam, & gemmas, ut scribit Julius Capitolinus in Marco Philosopho. Tempore etiam commotionis Clodiana: vectigalia populi Romani abrogata sunt a Metello Nepote, ut obtemperaretur populo, ut auctor est Dion Cassius lib. 55. Apollonius Tyaneus, Philostrat. de vita Apoll. lib. 5. cap. 13. de officio regis Vespasianum admonens, nec ea, inquit, æstimes, quæ ex collatione tributorum a gemitibus hominum proueniunt: aurum enim sordidumque putandum est aurum, quod ex lacrymis oritur. Diuitiis autem optime vteris super omnes reges, si cum egentibus eas communicaueris. Nouit & hoc Troianus amplissimus Cæsar, cum deestari cepit impias exacti onibus. Dixit enim fiscum lienem, nam sicuti liene crescente in corporibus nostris, artus reliqui tabescunt: ita turgente principis fisco reliqua ciuitatis membra marcescunt & ægrotant. Ut si quis princeps velit corpus reipublicæ validum esse, oporteat fiscum non habere tumentem, notat. Philippus Beroald. in periphras. ad vitam Augusti Cæsaris. Cal. Rhodig. lib. 4. cap. 18. Vnde & Alexander Seuerus vectigalia ciuitatibus, ad proprias fabricas earum deputauit, & Elius Lampridius in vita Alexand. Cæsaris. Inuenalis recte certe hac de re sentit, non esse spoliandas prouincias tributis, alioquin imminere bella, dum ait, Iuuen. Satyr. 8.

Curandum in primis, ne magna iniuria fiat, Fortibus, & miseris, tollas licet omne quod visquam est. Auri atque argenti. Scutum gladiumque relinques, Et iacula, & galeam. Spoliatis arma supersunt.

Et dicebat Symmachus Epistol. 13. Si tributa adiciantur insolita, forsitan consuetæ cessabunt. Neque defuerunt qui odio onerum, & multo magis ob perniciem publicanorum, fraudantem vecti-

gal, dixere nec Deo, nec hominibus teneri obligatum, colligunt ex Baribol. Paulo, Cass. in l. vectigalia, de publica. in P. Quod tamen intelligendum est, si principis assensu vectigal non probetur, vel longa consuetudine, cuius initium non existeret memoria, vel illegitimum in summa sit. Rebellarunt aliquando Dalmata Romanis ob iniuriam exacti onum & tributorum, cum quibus tractans de pace Tyberius, qui Cæsaris partes agebat, interrogauit Batum eorum ducem, cur ita rebellarent, & deficerent a Romanis: is autem respondit, vos ipsi in culpa estis, quod ad vestros preces cultodiendos, non canes pastoresse, sed lupos mittitis, id ipsumque & in secunda rebellionem respondit, Dion Cassius lib. 55. h. stor. Roman. Naturalis est hominibus libertas, & facile ad naturam propriam quodlibet reuertitur. Vnde & facili ob onera, a seruitute ad libertatem proclamatio, & ad seditionem ob id prona turbata, quando quidam Ioannes, pastor pecorum, ad Nicolaus haussent in Franconia anno domini 1476. telonia & vectigalia non persoluenta magistratu, aquas & nemora esse omnibus libera docuit, quem vsque ad triginta millia hominum secuta sunt: donec eum tandem Hieropolensis episcopus pro heretico eorum bullis, ut scribit Munsterus. Tempore Caroli 6. etiam regis Galliarum, Burgundionum dux cum valido exercitu Sequaniam traiecit, non pauca oppida recepit, prædicans fe rerum omnium, vectigaliumque, præterquam salis immunitatem adferre, ac miseriarum omnium finem, ut narrat Paulus Amylius lib. 10. h. stor. Francor. in Carolo 6. Anno domini 1381. in Angliæ ingens seditio contra procuratores & exactores tributorum & vectigalium notorum indictorum plebi per capita, ut Cantiani ad arima plebem vocauerint, regem ipsam Ricardum secundum obsederunt Londini, & vrbem diriperunt. Sequentiumque anno ob eadem vectigalia noua, fere per totum occidentem tumultus feruissimè suborti: ut apud Gandanos & Flandros caputiorum alberum rebellantium, & Parisiis quoque, narrat. Polyd. Virgil. lib. 20. histor. Angl. in Ricardo 2. Propter nimia tributa, quæ releuari sibi petebat a rege Roboam filio Salomonis populus, descenderunt ab eius imperio 10. tribus ex duodecim, & fecerunt sibi regem Hieroboam, Aduaramque qui erat super tributa lapidauit omnis Israël. 3. Reg. 12. Parthenius, quod apud Theodobertum Francorum regem nouorum tributorum auctor esset, a populo lapidibus quoque obrutus est, Greg. Turonensis, lib. 3. h. stor. Franc. c. 36.

De finitione substantiali rei fiscalis, & distinctione generali rerum fiscalium.

C A P. 4.

- 1 Fiscus quid in substantia.
- 2 Qui præter principem ius ararii & fisci habeant. Infubrum ciuitates regalia habent, ab Imp. Frederico & Henrico 6. fient Patricii in Gallia seu pares, & alii comites, & abbates.
- 3 Episcopos habere fiscum docetur, & quotenus.
- 4 Ciuitates libera ius fisci habent.
- 5 Fiscus duabus rebus distatur, vectigalibus seu tributis, & compendiis pœnalibus.
- 6 Vectigalis nomine comprehendi plura.
- 7 Tributum quare dicitur.
- 8 Priuatorum in tributis & censorum officium, & cõqueri licitum contra eorum fraudem.
- 9 Alia generalia nomina & synonyma tributi, functiones, munera publica, functiones gabelle, & quare dicta gabelle, & quedam horum differentia.

Fiscus itaque est erarium principis, seu alterius qui eius auctoritatem habet, in quod pecunia ex publicis exacti onibus seu pœnalibus iudiciis infertur. Sic enim placet nunc verbum fisci generaliter finire. Quomodo fisci ius cesserit in principis manum, iam paulo ante docuimus: at alii cuiuscunque sint ordinis ditioni principis subditi, ius fisci proprie habere non dicuntur, nisi singulari concessione regalia iura a rege habeant.

Quemadmodum in Infubrum quædam ciuitates, quibus cum mero & mixto imperio, regalia quoque Imperatores Fredericus 5. & Henricus 6. aliquando concesserunt, in l. nos Romanorum imperator. tit. de pace Const. in fin. feud. Quorum præcipua Mediolanum, Pavia, Landa, Nouaria, Verzellæ, & aliæ quas enumerat Strab. lib. 5. Geogr. Habet & hoc ius Galliæ patricii, quos pares Franciæ dicimus, & quidam comites, & abbates, qui participem princi-

pen sutorum bonorum & territorii olim fecerunt, vocant patia-
gium, qualis episcopus & comes Caucensis, Abbas grandis syl-
uae, & alii similes qui ius confiscationis habent in temporalibus:
quod ius confiscationis pendet ex mero & mixto imperio: atque
ideo non solum ex principis expressa conceditur potestate, sed
etiam tacita ex praecipua consuetudine, *gl. in §. nulla existit licen-
tia, in verb. iurisditione, de defen. ciuili in Authen. collat. 3. tit. 2. Ioan. de Platea, super rubric. de iure fisco. lib. 10. C. vers. 5. ¶* Personae
¶ quoque ecclesiasticae in spiritualibus cum superiore regem
non habeant, fisco habere dicuntur, *gl. in c. quia diuersitatem, in
verb. praeferentia, de concess. preb. Habet & ecclesia vniuersalis the-
saurarium, Clem. 2. de haer. apud Clem. Negavit hoc Baldus in ru-
bric. de iure fisci, C. in episcopo, quem dicit non habere fisco, sed
eum, suoque affectas improbant Buttrigarius, Imola, Panormit.
& alii, *prod. aut. in d. c. quia diuersitatem, de concess. preben. Et late
Felinus in c. irrefragabilis, §. ceterum, in 4. conclus. nu. 11. de offic. iud.
ord. Obseruandum tamen est, in casu quo clericus ad perpetuum
damnatur carceres, & bona confiscantur, Episcopi fisco capere
tantum mobilia, dominum autem temporalem loci, cui ius est
confiscationis, vel regem immobilia, vt annotauit Ioan. Andr. in
additio. ad Specul. tit. de feud. §. quoniam, vers. 40. Et ita iudicatum
est a refo. magni consilii regis, anno domini 1486. ¶ Ciuitates
¶ quoque quae liberae & sui iuris sunt, quae reipub. faciunt, ali-
cui non subditae, procul dubio fisco habent & ius confiscatio-
nis: alie nequaquam, *Bart. in litem veniant, §. ait senatus, nu. 2. de
petit. hered. et si habeant ex permissione arcam communem ad ex-
emplum Reipubl. l. 1. §. quibus permissum, quod cuius vniuersi, nom.
quia nec bona inter illos communia publica proprie dici possunt,
Leum qui veltigal. de verb. sign.***

¶ Ex ¶ aliis verbis finitionis fisci constat fisco vel gratiam au-
geri & ditari ex duplici pecuniarum genere, videlicet ex pensita-
tionibus seu collationibus vel vectigalibus publicis, & ex pena-
libus copendiis. ¶ Vectigalis ¶ publici nomine continentur que-
cunque inuehantur in fisco, siue pensiones, tributa siue itine-
raria, portoria, & id genus similia sunt, *l. Imperatores, 7. de publi. &
veltig. in P. l. 1. §. ager veltig. vel emphy. per. Sicut vectigalia priua-
ta, omnes proventus dicuntur rerum proprietarum, l. arbores, 66.
§. si. de usufruct. lib. 7. P. tit. 1. Quamquam interdum ex proprietate
nominum ista separentur. Et vectigal & tributum seorsum aliquod
habeant discrimen, vt in l. 1. §. hic. tit. de pub. & veltig.*

¶ Marcus Terentius Varro, lib. 5. de ling. Lat. omnem censum,
tributum dicit, & hoc dictum a tribubus, quod ea pecunia, quae a
populo imperata erat tributum a singulis pro portione census exi-
gebatur, & ob hoc ea quae assignata erat, attributum dicebatur.
Hincque qui pecuniam reddere debebant, tribuni aerarii. Siqui-
dem Romulus in tres partes populum diuisit, harumque quam-
libet in decem, illas tribus, has curias dixit: Graeci illas *tribus*, has
tribus, vel *tribus*, *Dionys. Halic. lib. 2. Quae* madmodum & Plato, 12.
de repub. tributa disponi debere ait, habita ratione census cuiusque
ciuis, delatis redditibus fructuum annuorum ad magistratus per-
tribales.

¶ Cuius ¶ rei gratia etiam nunc peraequatores creati, & olim
censitores, qui censum cuiusque examinent, rerum fertilitatem, &
sterilem frugem, *l. 2. §. l. peraequatores, §. l. si peraequatores, de censib.
lib. 11. C. l. forma censuati, eod. in P. Aduersus quorum & in tabula-
riorum fraudem licitum est conqueri, si diuinitum sarcina in infe-
riores transferatur, l. 1. §. l. qui grauios, de cens. lib. 11. C.*

¶ Vocantur ¶ & omnia tributa seu vectigalia alio nomine, func-
tiones publicae, & executiones seu praestationes munerum, siue
realium, siue personalium, *c. audiens, de defen. ciuili in Auth. colla.
3. tit. 2. l. immunitates, §. de agr. & cens. lib. 11. C. tit. 47. collatio-
nes, l. 2. de prator. & honor. prae. lib. 12. C. Nemp* funktionen ob-
estimationem rerum & personarum, quae functio dicitur, *l. 2. §. 1.
de reb. cred. l. praetia rerum ad l. Falcia, vt etiam aliquibus dicuntur
gabellae, id est, limitatio estimationis & definitio, id enim *גבול*
gabul, apud Hebraeos significat, id est, limitatione, a verbo *גבל*
gabul, limitauit, finem posuit. Vectigalia, item & funktionen, *l. om-
nium, de veltig. & commiss. lib. 4. C. tit. 61. Vectigal* separatim pro eo,
quod pro euectione rerum vel inuectione penditur, cuius no-
mine communis pensitatio erat octaua pars pretii, *l. vniuersi, §. l.
ex praestatione, l. a legatis, de veltig. & comm. C. Tributum, pensio,
vel annona, quae praestatur ratione possessionis praediorum prop-
rietatis existentium, l. 1. de anno. & trib. lib. 10. C. l. 2. §. si. sine cens. &
veltig. fund. comp. non poss. l. 1. §. 2. si prop. publ. pensit. vna d. fa. celebr.
Rarium & tributum a reliquis pensitationibus sine censu, qui in**

auto & argento seingitur, *l. si si prop. publ. pensit. & c. Sic apud Gre-
cos *τὸν* & *ὄρεον* differunt, nam *ὄρεον* proprie tributum, quod
pro regione penditur. *τὸν* vero pro mercibus, vt Ammonius
notat.*

De pensitatione canonis publici. CAP. 5.

- 1 Pensitationum in fisco delatarum quatuor species, canon, obla-
tio, indictio, patrimonium principis. Item canon quid, idemque
quod domanium, canonem nec rescripto principis minus posse,
nisi ex certa eius scientia.
- 2 Morticini impetrandi formula.
- 3 Exactiones ordinariae seu canonicae, vel reales, vel personales: & de
singulis, & quibus imposta rerum tributa & personalia.
- 4 Lege Thoria remissa vectigalia fundi italici imposta, exceptis
qui iuris esse habent.
- 5 Tributa realia penduntur ab aliis qui fructus percipiunt praedio-
rum, & fructus pro pensione obligati.
- 6 Iuris canonis erant annona a provincialibus praestita, consistens
in frumento, larido, vino, oleo, & similibus, de quibus inibi.
- 7 Praestationes canonis leges accipiunt a conuentione vel constiti-
tione prima, & diuersa agrorum imposta a Romanis praestatio-
ne. Decima arborum & frugum & altiarum, fructuum & pec-
corum quinta.
- 8 Censuales & tributariae provinciae ab Augusto quomodo fuisse, &
quae stipendiariae dicebantur provinciae populi, & tributariae Caesaris
prius ideo in dominio populi vel principis reueruati fructibus
colonis.
- 9 Italico- & stipendiario- & tributario- praediorum dis-
ferentia, ratione proprietatis.
- 10 Darius apud Persas prius Satrapia tributa in certam exactio-
nem redegit.
- 11 Personale vectigal seu tributum dictum, & capitale, & quale im-
positum a Romanis Carthaginensibus, & eorum auxiliariis.
- 12 Capitale & Hebraeis impositum.
- 13 Romano plebs a capitatione exempta, & Thracenses coloni. Inga-
rio tributum eo, & circa fin. cap. Capitatio transmigrations in
colonias alias qua.
- 14 Hesiobis lectio emendata. Drachma valor nostrorum nummo-
rum. Capitatio vrbium & mulierum praestations pro
diuersitate locorum. Capitatio animalium.
- 15 De gradibus census Romanorum, legum Platonis, & Athenien-
sium remissio.

Pensitationum, ¶ quae ad aerarium principis deferuntur quatuor
sunt in ualuerum species, canon, oblatio, indictio, patrimo-
nium principis: quod & indidit, quibus fisco potitur privilegii,
*l. p. in l. fisco, §. si. de iur. fisci, lib. 49. P. tit. 14. Justin. in l. 3. de quod-
drien. praescript. lib. 7. C. tit. 37. Canonis* nomine proprie dicitur, quod
domanium dicimus, significatur. Canon dicitur, quod perpetuo
& eodem modo exigitur a principe seu a fisco, ex rebus, vel per-
sonis. Ordinaria exactio siue consueta, *l. placet, §. de sacrosanct. ec-
cles. C. omnibus sine exceptione, qui res canonis possident, com-
muniis, l. fundos, 10. de fundis patrimonial. lib. 11. C. tit. 1. nemo, 7. de
fund. rei prius, l. 11. C. tit. 63. l. de immunit. nemi. conced. lib. 10. C. tit. 65.*
In quo nec aliud pro alio solui potest etiam ex rescripto im-
perato a principe, *l. fin. de cano. urb. Roma, lib. 11. C. tit. 2. l. si. ne rei
domin. vel templor. §. c. lib. 7. C. l. 1. de petit. honor. sub. lib. 10. C. tit. 12.*
Immutabili forma canonis ex lege Zenonis reueruante, *l. fin.
de ca. largition. tit. lib. 10. C. tit. 23. l. 1. eod. tit. l. 2. de cano. urb. Rome,
lib. 11. C. Laxunt enim publicam causam, & damnosa sunt fisco
haec rescripta, & ideo improba, *l. si. si. cont. ius vel vrb. publ. C. lib. 1.
tit. 25. l. 1. de praec. impera. offer. lib. 1. C. tit. 22. Nec* praetextu eorum
quissquam eximitur ab onere utilitatis publicae, *l. subuenus, 10. de sa-
cro sanct. eccl. C. Quod enim omnibus vtile est, priuato commo-
do praeferi debet, l. actio, 66. §. l. ab eo, pro so. lib. 17. P. tit. 2. l. 1.
vnic. §. penult. de cad. tollen. lib. 6. C. tit. 50. Neque princeps intelli-
geadus est concessisse quae damnosa aliis sunt, *l. 2. §. l. merito, §. l.
si quis a principe, ne quid in lo. pub. lib. 43. P. tit. 1. qui* dura quidam
eximuntur a canone, onus grauius sentiunt. Leuius autem est,
quod a pluribus portatur.**

¶ In ¶ quibus iudices sequentur praxim ex iure depromptam, 2
ex §. & hoc vero iubemus, vt nulli indico lic. hab. loc. seruat. colla. 9. tit.
9. vt si quando exhibentur huiusmodi rescripta immunitatis a
tributis, qualia illa quae aliquando conceduntur nobilibus vel ec-
clesiis, vocamus Amortissemus ou affranchissemus. Nec ea statim
admittantur a curis, nec describantur, donec plenus de hoc ne-
gotio princeps certior fiat, quid continere debeat, monitio hac ad
principem

principem per indices missa traditur in s. deinde copotens est. de man- dat. princip. collat. 3. tit. 14. & iulio eius secunda ad eisdem iudices dirigitur. Tunc enim princeps censetur de negotio admonitus, & ex certa scientia derogare iuri, communis quo casu tunc volun- tas eius debet impleri, dum modo exsequatur imperiis, quae mor- tis sunt in Gallia, ut in camera computorum describebat exemtionem, & componat, ut soluenda soluat, ut fieri solet, pro huiusmo- di extinctione seu morticino, de his vide late Rebuff. in 1. par. cons- tituit. Gallia, tit. de amonitionem: & Egid. Magistrum, in decif. in act. de amonitionem. Quid autem solvatur pro iure morticini, vide in ult. parte, siyle parlam. Asfer. in ordinat. regie, tit. de finantia formi feudorum & novorum aquisitionum, & tit. de finantia acquisi- tione. Et refoend. Co.

3. Ordinatio exactionis seu canonice, sunt aut reales, aut per- sonales, hoc est, vel ratione rerum mobilium vel immobilium, aut personarum exiguntur. Antiquitas habitio civium Rom. censu & facultatibus per iussum Hostilii descriptis, secundum patri- monium casualque onera imponebantur. Linius in Dionys. Halic. in 4. Vnde & diximus tributum dici a tribubus Romanis, quibus praestatio impetabatur, Varro 4. de ling. Lat. Ceterum paulatim crescentibus opibus Romanorum, ipsi quoque paulatim tributis se exonerarunt, porissimum quo tempore L. Paulus Amylius gazas Macedonum possedit, & ex manubiis ducum ararium ditatam est factis reliquis subactis provinciis, tributariis, ut auctores Pli- nius lib. 33. c. 3. & Cicero 2. Offic. Nec postea praestitit tributum Romanis vique ad consulatum Hirca & Panice, teste Plutarcho in si- velle. Pan. Amyl. Et antea quoque plebs, nempe homines rei do- mesticae agnitionis inopes, pauperes viduae, pupilli, secundo ab ex- actis regibus anno, exonerati fuerant tributo, Plut. in vit. Publico- le, L. in 4. Postea autem illis quoque imposita & remissa saepe prout urgebat reipubl. necessitas.

4. Vectigalia tamen omnia lege Thoria, ab Sp. Thorio trib. pleb. lata, sublata sunt ex fundis Italici, explosa quoque lege Agra- ria, Appia. lib. 1. bello civil. & C. in Bruto. Sic praedia provincialia fuerunt tantum onerata tributis pro pace impetrata, vel ob col- onias acceptas, ut diximus, inter quas & illae coloniae erunt exci- piendae, quae iure Italico donatae erant a Caesaribus, quae & immu- nes a tributis, l. de his, 3. de episc. & cler. C. cuius generis plures fae- runt, refert aliquis Ulpian. l. 1. Celsus, l. colonia, 6. Pan. L. iuris Italici, 7. & l. de censu, P. lib. 50. tit. 14. iuris Italici dicitur ob immunitatem tributorum qualem habebat Italia, ut refert Alex. ab Alex. lib. 4. gen. d. c. 10.

5. Ab ista itaque provincialibus pendebantur realia haec tri- buta, nempe a possidentibus res & fructus earum, seu ab usufru- ctuariis, l. dependentes, §. de usufru. & maritis in dotem res habenti- bus, l. neg. stipendium, de imp. in reb. dot. fact. secundum bonorum quantitatem & mensuram, l. 1. & 2. l. pro locis, 5. de anno. & trib. lib. 10. C. tit. 16. Quo fit etiam, ut eius exemplo, fructus praedii sint tacite pro pensione domino directo obligati, l. si in lege locationis, 27. §. si colonus, loca. P. l. qui sibi infor. 55. eod. tit. l. in praedius, 7. in qui. cau. pign. vel hypo. iac. contrab. etiam pro reliquis 29. annorum, & secundum alios 4. annorum, §. pen. in c. consuetum, de rel. dom.

6. Erant tamen ex canone quoque annuae quaedam annuae, consti- stentes in his, quae victui erant necessaria, veluti in frumeto, vino, hordeo, lardo. Nam provinciales pendebant frumenti quinqua- gesimas, hordei quadragimas, vini & lardi viceimas, exceptis Armeniae populis, qui propter locorum logam interapedinem praebant tantum frumenti & hordei quadragimas, vini & lardi quintas decimas, Valens in l. modicos, 9. de suscept. lib. 10. C. tit. 70.

7. Quod etiam provinciis, quae ad maiora vel minora tributa se obligauerant, quae iuxta conuenta praestabant, Theodos. l. fin. de anno. & trib. lib. 10. C. tit. 16. Sicuti nec domini directi a qualia accipiunt ab emphyteosis, sed prout conuenit in contractu, In- stit. in l. 2. de iur. emphyt. C. lib. 2. tit. 66. Sic Ioseph in Aegypto famis maxime tempore, emit omnem Aegyptum, & postea sub pen- sione quintae partis frugum annuatim eam colendam possessioribus tradidit, vnde & ab illo tempore Aegyptii quintam partem fru- ctuum pendunt regi, Genes. 47. Plato lib. 12. de ll. tributa duplicia disponenda voluit in repub. vnum genus, quod ratione census, per tribus penderetur: aliud, quod annuis ex fructibus daretur. Meminit quoque Appianus, libro primo, bell. civil. Romanos agros bello adeptos, possessioribus vel aliis colendos dedisse, ea lege ut omnium vectigalia soluerent, arborum & frugum decima pars, aliorum fructuum quinta, & ex pecoribus & armentis, quae

illis vicissim venum dabant. ¶ Theophilus ait, 2. lib. Instit. iur. ci- vil. de rerum diuis. §. sed & si quis tradit. Imperatores (scilicet An- gustum) Strabo libro posteriori Geograph. subacta orbe Romano, provincias diuisisse, & quasdam sibi retinuisse, quasdam populo reliquisse, utraque sub censu & a populo & principe colendas: datas fuisse & ideo populi stipendiaria praedia dicta, quod si pes- serer, siue collationem significet, & particulatim argenti alia- rumque rerum factam collectionem. At imperatoris provincias dictas tributarias: quoniam, inquit: tributum est grave illud vecti- gal, quod princeps provincialibus suis indicabat, eo nomine, quod ma- gnis exercitiis alendis sumtus faceret: ita, inquit, qui ex largitione populi vel principis, stipendiaria habebant, vel tributaria praedia, domini illorum non erant, verum dominium aut apud populum e- rat, aut apud principem, sed usufructum habebant, aut plenissi- mam detentionem, ita ut transire possent, & ad heredes transmi- terent. Sic praedia haec ab Italici d. ferebant, tunc, quia Italico- rum fundorum & domorum domini, dominium eorum habebant. Postea tamen & ad formam horum Italico- rum provincialia red- acta sunt, Theoph. ubi sup. & Justin. in §. per traditionem de rer. diuis. Praedia itaque penfirationes, decimae, solariae, & huiusmodi ve- ctigalia canonem faciebant olim, siue pecunia, siue species eo no- mine penderetur, constat, ex tit. de canon. firm. urb. Rome, & tit. de frumen. Alex. lib. 11. C.

¶ Apud Persas primus Darius Histaspis filius, diuiso imperio in viginti provincias seu satrapias, taxauit quid pro tributo penderent, siue argenti, siue auri, siue alterius speciei. Et enim sub Cy- ro atque deinde sub Cambyse, nihil domi fuerat circa tributa in- stitutum, sed munera offerrebantur. Et ideo ob hanc tributi ordi- nationem & alia huiusmodi, Persae aiunt Darium fuisse in stiroris filium: Cambysem dominum, quia asper erat & morosus: Cyrum vero patrem, quia mitis erat, & omni ratione de illis bene mereri studebat, haec Herod. in 8.

¶ Tributa tamen personalia erant, quae ratione personarum tantum exigebantur, quale Romani de iuribus Carthaginensibus, iis qui o- pem illis tulerant vectigal rerum & personarum, vitorum & mu- lierum imposerunt, Appia. Alex. in Lybico, vocant capitale, cum per capita imponitur, exigunturque vel per rationem vel ratione habi- tationis, vel artificii, seu, ut dicunt, industriae. Et apud Hebraeos quoque iussit Deus singulis, qui in nomine populi Dei transferret, dimidium sicli iuxta mensuram vel pondus templi, dare, & susce- ptam pecuniam esse in usum tabernaculi, Exod. c. 30. ne plaga vlla afficerentur. Visurpata haec capitatio & a Romanis, verum plebs urbana ab ea eximiebatur lege Constantini, l. de capit. civium cen- sib. exim. lib. 10. C. tit. 48. ¶ Cum tamen rustici & tributum & ca- pitationem soluerent, l. i. ne rusticis ad vltimum obsequium renoc. lib. 11. C. tit. 54. Excepta colonia Tracensi, cuius coloni non capi- tationem, sed iugationem terreae tantum soluebant, l. i. de colon. Thracens. lib. 11. C. tit. 51. Qui transmigrabant in alienas colonias, inquilini dicti, ob transmigracionis receptionem, in ea ciuitate, in quam transibant, capitacionem duodecim drachmarum etiam olim pendebant. Sic enim Hesychius scribit, μετοικοι εστιν ενοικουτες ενοι ειν τη πολια, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δραχμὰς δώδεκα. & ενοικουτες εστιν, μετοικοι ενοικουτες, id est, inquilini, inhabitantes sunt: hestites in ciuitate, & pendentes singuli duodecim drachmas singulis annis po- pulo, dicitur & transmigrantes & exules a populo. Et rursum idem, με- τοικον τελοῦσιν ενοικουτες ενοικουτες ενοικουτες ενοικουτες, vel me- lius, δώδεκα, τῶν δὲ τελοῦντων ενοικουτες ενοικουτες ενοικουτες, vocatum erat, vectigal, quod praestabatur ciuitati, nempe drachmae de- cem, vectigali autem publico tres oboli. Annotandum tamen est in Aldinis exemplaribus esse mendum, vel legendum esse loco ver- borum illorum δραχμὰς δέκα, scilicet δραχμὰς δώδεκα. Siquidem oboli tres non possunt constituere cum prioribus decem, duo- decim drachmas: nam sex oboli reddunt tantum drachmam At- ticam, vnusquisque autem obolus valebat septem denarios Tu- ronenses nostrae monetae. Sic duodecim drachmae ciuitati praes- tabantur: tres autem oboli fisco, ut opinor: firmaturque sententia ex Iulio Polluce lib. 3. Onomastic. ca. 4. μετοικον, inquit, εἶναι τοῦ μετοικου συντελεῖν, τὸ δὲ δὴ δόξα δέκα τῶν δραχμῶν δραχμὰς, καὶ τὸ δραχμῶν τελοῦσιν ενοικουτες, id est, μετοικον, vnde & μετοικου, tractum vectigal, quod erat duodecim drachmarum, publico illatarum. Et describenti acta pu- blica vel ratione descriptionis, tres oboli. Iste autem & duode- cim drachmas tributi nomine a vitis praestitas ait: a feminis au- tem non tot, sed sex tantum, ut duae mulieres tot praestarent, quot vir vnus. Variavit tamen mos tempore & locorum diuersitate. Nam & olim rusticis Byzantinis, capitatio vnus viri aequabat

Quæ personæ immunes sunt a vectigalibus.

C A P. 8.

- 1 Qualia non præstant tributa, sicut, rector provincie, clerici, Ecclesia.
- 2 Privilegium immunitatis emittitur a privilegiatis pro rebus non competitis. § 3.
- 4 Ad excubias quando tenentur persona Ecclesiastica.
- 5 Nobiles non contribunt pro Taleis, vel aliis exactionibus, & bona ignobilium illis aduentitia eadem immunitate gaudent, quando apud eos sunt, non postea.
- 6 Et nisi negotiatores nobiles sint, nam tunc contribunt pro mercibus, ut ignobiles. Ad hanc exceptio, ut teneatur ad gabeliam, & quartam vini.
- 7 Pro nobilibus habentur plebei, qui habent feudum nobile, non si census tantum habent.
- 8 Iacobinus a S. Georgio, & Albericus onerant nobiles contributionibus, rationibus, quas vide.
- 9 Senatores a collectis eximuntur, & domestici regis, & silentiarii, & quis silentiarius dicitur. Item horum vidua immunes: & secretarii principis ordinarii, non supernumerarii, neg. alii iudices.
- 10 An consules seu scabini Gall. Et. heuclis, ciuitatum & oppidorum anno, quo decurionatum gerunt, sint a collectis immunes.
- 11 Minores viginti quing. annor. quomodo subiciantur Taleis.
- 12 Immunes professores artium & iuris, a quibus sint muneribus, exceptis poetis.
- 13 Clerici in academia studentes immunes a vectigalibus: & post sex menses studentes scholasticos dicitur tantum.
- 14 Doctores aduocati supremarum curiarum, vel etiam non aduocati, immunes a collectis, idem in licentiatis, sed non seruari.
- 15 Pauperes a quibus tributa immunes.
- 16 Iussu Nicephorus Imp. inopes militare, vicinis eis arma & vitum subministrare.
- 17 Aduocatus tributum a diuitibus pro pauperibus solutum inditum & abolitum.
- 18 Immunitas dabatur collectarum ob quing. libras susceptas, sed ut vult Guido Papa XII. hodie minime.
- 19 Miserabiles persone a collectis eximuntur, & que huius generis.
- 20 Item qui vacationem munerum habent, ab extraordinariis immunes.
- 21 Laxata & remissa saepe ob infortunia damno affectis a principibus, a exemplis, a referuntur.
- 22 Conditio pro re conducta non soluit tributa vel collectas regulariter, quando contrarium.
- 23 Vstruarius tantum pro re soluit collectas, casu excepto, si minime essent collectas: idem in marito pro rebus dotalibus.
- 24 Qui solvere debet portoria, an multo qui equos suos ad portandam mercem locauit, an dominus rerum.
- 25 Immunes a pedaggiis, Ligerim nauigantes, qui annonam Lutetiam deferunt. Senerus Casar & mercatoribus Romam venientibus vacationem munerum dedit.
- 26 Aurum negotiatorum Iustrale exactionem ex lucro mercatorum aliquando, remissum postea ab Alexandro Senero.
- 27 Ob egregium factum, remissum tributum.

Personarum qualitas & privilegia, a tributis & collectis potissimum, & a censibus eximunt. Nec præstant itaque tributa fisci, l. locatio, §. si. de publican. in P. rectores provinciarum de iis quæ sui causa euehant, l. 4. cod. tit. clericis, l. 2. & l. item nulla communitas, de episc. & cler. C. l. placet, & ibi Bal. de sacros. eccles. c. clericis, de immun. eccles. non enim soluant onera personalia dominis laicis quibus non subiciuntur, nec res ecclesiæ, nec pedagia, c. quanquam, de censib. in 6. Clem. præsentis, eod. ap. Clem. si non negotiantur: nam tunc amittunt privilegium, d. Cle. præsentis, c. conuenior. 23. §. si. Si immunitas tributorum a Pharaone in Ægypto data sacerdotibus, Genes. 47. Et ab Artaxerxe sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, iantoribus, Nathinæis & ministris domus Dei, 1. Esdræ, c. 7. Verum tamen si clerici velint gaudere privilegio soluentium vectigal, non possunt, nisi eo soluto, ar. l. Tizio centum, §. 1. de condit. & demon. Bald. in l. 1. de contrah. emt. §. Adhæretque §. privilegium hoc immunitatis clericis: & proinde qui a clericis emunt, eo non gaudent. glo. in d. Clem. præsentis, l. quia tale, sol. mat. ut nec ex fisco ad alium ementem vel in sui locum succedentem transfunditur exemptio, l. locatio, §. si. de publ. & ibi Bald. Sic partiarum & villici eorundem, in parte fructuum, quam

accipiunt, non habent immunitatem vectigalium, Federicus de Senis, consil. 106. inc. q. est. Anobaran. in cap. quanquam, de cens. facit in argumentum l. legatis, §. 6. de le. Existat concil. Lateran. quo cauetur ne onerentur ecclesiæ vel ecclesiasticæ personæ tributis vel anchoriis, nisi necessitate cogente, & exhaustis laicorum facultatibus, consultoque summo Pontifice, c. 4. c. aduersus, de immun. eccles. l. nullus penitus, de Curs. publ. lib. 12. C. l. neminem, de sacrosan. eccles. C. in §. necessitatibus namque, muna sibi debent auxilia princeps & ecclesia, c. principes, 23. quæst. 5. ca. cum ad verum, §. 6. distinet. Et Cæsares rata alloquin voluerunt & firma esse ecclesiarum privilegia, l. omni inuouatione, 6. l. privilegia, 12. & constitutione cassâ, de sacros. eccles. C. pœnas contra violatores eorundem sancientes, l. si ecclesia, 13. constitutione, item quacunque communitas, de episc. & cler. Realia tamen ratione rerum onera præstanda non negamus, simul & mixta, vt canonic. illationem, refectiones pontium, itinerum & similia, l. ad instructionem, C. de sacrosan. eccle. 11. §. 1. can. tributum, 23. §. 8. quia & ad ea res principis tenentur, l. abbit, de privileg. dom. August. lib. 11. C. §. Sequuntur §. realia, res & quoscunque possessores, l. Imperatores, de publis. 4. in P. can. si quis laicus, 16. quæst. 1. can. rationes, 100. dist. Nec recusamus ad portas instantibus hostibus, ad murorum defensionem clericos posse aduocari, c. 2. de cens. reliquasque personas ecclesiasticas, quæ alioquin immunes sunt, cap. ecclesiarum serui, 12. §. 2. tunc enim & pro se & ecclesiis suis recte vigilare debent, & compelluntur, c. conuenior, 23. §. 8. Et naturalis cuique defensio, l. 2. de iustit. & iur. Et necessitas legem non accipit, sed dar, can. omni iuram. ca. si nulla necessitas, 23. quæst. §. c. 2. de obseruat. ieiun. c. quando, de consuetud. c. quod non est licitum, de reg. iur. l. nemine, de religio. & sumi funer. P. l. 2. de patr. qui filios disfrac. Inuadere autem aliquos illis non permittitur, etiam si Agareni essent: alioquin irregulares fiunt, c. ex multo, §. si. de voto. §. Pari modo non contribunt ad collectas nobiles, Guido Pap. decis. 384. talia namque munera plebeis imponuntur, pro modo suarum facultatum, l. 1. de munerib. patrum. C. l. 1. de anno. lib. 10. C. Ideo & in sessionibus seu comitiis patris, ubi status tres personarum conueniunt, dum agitur de imponendis collectis, excipiuntur nobiles nobiliter viuentes, Guido Pap. decisio. 380. & 384. quæ exceptio iuri congruit, quo qui militiæ operam dant, immunes a muneribus sunt, l. 3. §. 1. de muner. & honor. in P. l. a muneribus, de vacat. mune. non autem veterani, l. his honoribus, de vacat. muner. Existat & constitutio Caroli sexti, hæc constitutio ponitur in vltima parte styli parlat. inter ordinatio. regias, tit. de tales & exaction. anni 1408. qua statuitur, ne subsidia aliqua, talia, focagia, impositiones, auxilia a nobilibus & eorum successoribus soluantur vel exigantur, ratione bellicorum aut quouis modo pro personis bonis que eorum quasitis vel acquirendis quoquo modo vel titulo, nec pro fructibus & redditibus ex eorum patrimonio prouenientibus. Et quod notabile est, voluit vt si aliquis ex nobilibus acquirat aliqua bona, vel sibi aliter obueniant, mobilia vel immobilia vel hereditates ab ignobilibus, ea bona censentur eiusdem conditionis, privilegii, & libertatis, cuius sunt alia bona mobilia & immobilia nobilium: quamdiu tamen in eorum dominio permanferint, alias non. §. Item §. alia exceptio, vt nobiles tali non gaudeant immunitate, l. 6 negotiatores sint, Prohibitum illis negotiari, l. 3. C. de commerc. & mercibus, lib. 4. tit. 63. & constitutio. regia. l. milite, C. loca. quo casu contribuere pro suis mercibus, ac ceteri ignobiles debent. §. Item §. alia excep. vt ideo nobiles non eximantur ab exactione gabellæ & quartæ vini. Quæ & in plebeio intelligi debent, qui habet feudum nobile in feudatum a rege vel nobili, habetq; territorium & omnem iurisdictionem. Quia feudum nobilitat possessorem, Anton. de Ifern. in tit. de capitano qui curiam vendidit, in princ. in vlt. feud. & in §. 1. quis dicitur dux vel marchio, & habent personæ immunitatem propter res, facit l. 3. de vacatio. muner. lib. 50. Pat. §. Non tamen hæc vera sunt in habente feudum particulare, vel feudi partem, puta census vel redditus alicuius feudi, vt fusc explicat Guido Papæ, decisio. 386. §. Iacobinus §. tamen a S. 8 Georgio, tracta de Homag. num. 39. & 41. & Alberic. de Rosato, in rub. de muner. & honor. 11. fol. versic. ceteri, & l. rescripto, de munerib. & honorib. defendunt nobiles teneri subire onera patrimonialia, seu onera collectarum, quæ imponuntur in illo loco ubi res sunt, legibus subnixi, tum etiam & quo ad personalia in iure teneantur, §. penult. de defens. ciuit. in anth. quodue participes commodorum locorum, & oneribus conferte debeant, l. 2. §. deinde cum post. de orig. iur. l. secundum naturam, de reg. iur. exceptis tamen feudibus,

dalibus, pro quibus seruitium principi exhibeat, ne duplici onere grauentur, *contra l. Titia. §. qui in a. de leg. 2.* Quæ certe sententia mihi videtur æquior, vt pro alodialibus conferre debent cum plebeis, vel releuandum esse populam ab onere eo, quod rebus quæ sitis ruralibus, a nobilibus eximitur: vel quod iustum est nobilibus qui gaudent hoc privilegio, & illos qui hodie ex fordidis auratis mercatoribus & negotiatoribus pro maiori parte fiunt, & in suam ditionem ruralia fere omnia redigunt, regi seruitia maiora exhibere debere quam pro feudaliibus, alioquin futuram breui est, plebem sub onere defeturam, & omnia bona in immunestranstura: veruntamen legi regie æterna auctoritas esto, si non ita videatur. ¶ Senatores ¶ quoque supremarum curiarum a collectis eximuntur, *l. senatorum, & l. nemo, & l. ius senatorum, de dignita. lib. 12. C. Gui. Pap. q. 376.* nam qui in senatu describuntur, desunt esse plebei & nobiles sunt, *l. iudices, C. de dignita. lib. 12. C. & ibi Bart. l. honores. §. his qui non sunt de decurionib. P.* Atque codicillis regis 2. Maii 1547. senatores magni consilii, Aduocatus, & Procurator regis, Suceptor, quem vocant, *recessur, & Hofitarii*, immunes declarati sunt ab omnibus subsidii: item ii qui sunt in Domesticis regis translati. Firmatumque iterum edicta Codicillis, 10. Martii 1547. publicatis in magno consilio 23. Aprilis 1548. atque eodem anno & die declarauit rex, velle senatores Clericos eius consilii immunes esse a præstatione decimarum, quas ipse percipit, nisi ob abbatias & episcopatus. Eadem immunitas onerum dicitur silentiariis, qui Consiliarii principis & Decuriones dicuntur, *l. 3. de silentiariis. lib. 12. C.* Et vt Procopius ait, *lib. 2. de bello Persico.* Romani ministrum ad ea que sunt quietis, *Silentiarium* dicunt: Vir quoque dictus Spectabilis, in *l. omnimodo, C. de inoffic. test. & Clarissimus, in l. iubemus, de sententia. lib. 12. C.* Proinde & horum & senatorum viduæ, quemadmodum & viduæ aliorum, qui immunitatem habent, non compelluntur contribuere, *Guido Pap. decif. 379. Exstat & consuet. hac de re Franc. 1. anni 1521.* quia retinet dignitatem maritorum, *l. cum te, de nup. l. fœmine, de senator. in P. l. mulieres, de dignita. lib. 12. C. l. in. de incol. lib. 10. C.* dummodo caste in viduitate viuant, & honeste, non aliter, *l. qui adulterium, C. de adulter.* Sed & Senatores qui deposuerunt alia de causa, quam ex crimine, dignitatem, gaudent immunitate & priuilegio dignitatis, *l. vni, de comiti. qui prouinc. reg. lib. 12. C. l. eam legem, de excus. mun. lib. 10. C. l. 2. de dignita. ord. seruet. contra, si ob crimen, quia inter plebeios tunc habentur, l. iudices, de dignita. lib. 12. C. l. senatores, eod. tit. l. si imitatio, in verbo, de decurion. Placuit cum senatoribus etiam Secretarios regis ex consuetudine numero esse immunes ab illidem oneribus, supernumerarios non vtique, vt iudicatum a senatu Parisiensi 20. Septemb. 1542. *Pap. lib. 5. rap. ad. arest. tit. 11. arest. 13.* At alios iudices quam senatores, hos conuenient ad collationes teneri, *Guido Pap. quæst. 378.* Decuriones tamen ciuitatum vel oppidorum, seu Consules locorum, non tenentur contribuere eo anno, quo munus gerunt, *Bart. in l. honorem, de munerib. P.* Et ita seruari tradit *Guido Pap. decif. 398. facit l. 1. §. non vrbem, de offic. prefec. urb. ¶ Repugnat ¶ tamen Petrus Iacobi, in praxi ritu, de consilii. cap. de statu vniuersi. colum. 5.* Tum quod consules seu Echeuini nostræ ætatis, nec sint eius qualitates, cuius olim decuriones, nec in illorum locum aliquæ lege subrogati. Dehinc quod exactores & alii officiales principis tenerentur ad collectas, *l. exactores, de exactor. tribu. lib. 10. C. l. 3. C. de offic. magistr. ciuita.* quæ tamen parum vrgere videntur, cum decurionum loco isti consules mihi videantur præfecti temporarii, non perpetui, neque simpliciter exactores dici possint, cum nec stipendia habeant, vt illi, & alia illis reipubl. munera obeunda sint, quæ collectionum publicarum. Si tamen inter has diuersas sententias, quis inspiciendam loci consuetudinem velit, non reclamo, cum vim legis habeat, *l. 1. §. fin. de aqua plu. arden. in P. ¶ Sed progrediamur: In iure etiam Gallico, non subiecti Taleis seu collectis personalibus, vt opinor, Minores vsque ad ætatem perfectam placuit, *Pap. lib. 3. rap. ad. arest. tit. 11. arest. pen. firmat Paul. Cast. in l. potuit, C. de iur. delib.* donecque possint sibi acquirere. ¶ Professores ¶ quoque publici omnium artium & iurium, immunes sunt iure ab Angariorum præstationibus & hospitiiis, *l. 1. de decre. decu. lib. 10. C. tit. 46. & l. his onerib. de vacat. muner. l. fin. §. fina. de mun. P.* alii, que oneribus patrimonialibus & personalibus, *l. fin. & l. medicos, de profess. & med. lib. 10. C.* Atque eorum Administrati seu Officiales academiæ ex constitutionibus quoque Gallicis, in *consuet. Franc. 1. de la constitution des priuileges de l'vniuersite.* habent; q; de his academiæ singulæ priuilegia, excepti tamen iure ab**

ea immunitate Poëtæ, *l. poeta, de profess. & med. lib. 10. C.* Constitutionibus autem editis in comitiis generalibus Aurelianensibus anno 1560. art. 126. immunes declarantur ab omnibus Taleis vltra 20. solidos professores publici academiæ, Gymnasticæ, Scribæ, Bedelli eorum, & Scholastici acti studentes. Ob Pyrrhonem Eleum Philosophum & maxime pietatis virum, omnibus philosophis immunitas a vectigalibus plebiscito promulgata est, *Hesychius Mylesius Illustris, libro, πειρασιων.* ¶ Clerici ¶ quoque in academiis priuilegiatis studentes non tenentur soluere collectas in teris propriis, *Gui. Pap. decif. 383. per l. 2. de episc. & cle. C. facit. l. 1. & 2. qui arat. vel profes. se excu. lib. 10. C.* exemplo eorum qui militiæ armatæ dederunt nomina, qui immunes sunt, *l. 3. §. 1. de muner. & honor.* Isti autem milites vel tyrones sunt, quia & arma eorū libri sunt, *gl. in L. nepos Proculo. de verbo. sign.* Habent & Scholastici immunitates alias plures, de quibus Rebuffus librum edidit, quem video, quibus gaudent, qui in Academiis sunt post sex menses: ante enim scholastici non dicuntur, nec gaudent priuilegiis. Veritatem academiæ rectoribus, ante sex menses studio impensis, scholasticis dare diplomata attestacionis scholaritatis, *l. ap. lib. 5. rap. ad. arest. tit. 14. art. 4. ¶ Guido ¶ Papæ, decif. 388. facit l. medicos, de profess. & med. lib. 10. C.* quoque notat Doctores, qui causas agunt in supremis subbellis, in curia videlicet suprema, immunes quoque esse ab his collectis, quia & hi serio militare videntur, & c. *l. aduocati, de aduocat. diuers. aud.* Nullamque id eo peræquationem pati debere, *l. sancimus, C. eod. tit. vt in militatibus receptum, l. 3. §. 1. de munerib.* habent enim & dignitatem Doctores, *per nota in Cle. 2. de magist. Bart. in l. 1. de sacrosan. eccles. Idemq; & in Doctores alii non postulantibus, seu qui aduocati non sunt, dicendum tradit idem Guido Papæ, decif. 389. & in Licentiatis, Guido Pap. decif. 389. Hæc tamē non seruantur, & tantum professores publici, hique ægre immunitatem habent, scilicet qui assidue legunt, *Bart. in l. medicos, de profess. & med. & in l. 1. de mun. & in quo loco, lib. 10. C. ¶ Pauperes ¶ item a tributis immunes, nec soluunt collectas, l. adfectiones, de anno. & tribu. lib. 10. C. in l. fin. & ibi Bart. qui numero libero. se excus. eod. lib. 10. C.* inanis quippe alioquin est actio, quam inopia debitoris excludit, *l. nam bis, de dolo, in P. l. itaque Fallo. de fur. P.* Nec inopes sustinent onera patrimoniorum, *l. cura exigendi, §. inopes, de munerib. & honor.* obsequia tamen corpori indicta subeunt, *d. §. inopes.* Sic forma censuali minuitur vel tollitur cæsus ab his qui bonis minuantur, vel priuantur, *l. forma census, l. de cens. in P. ¶ Inter ¶ tyrannidis maleficia Nicephori Imperatoris orientis, illud etiam ex eius cõstitutionibus Græcis, in cõstitutionibus eius, πειρασιων τῶν εὐροῶν, de militia inop. lib. 1. iuris orientalis, colligitur, quod imperauerit, vt inopes militarent, usque, a vicinis arma & stipendia in singulos, 18. numismatum darentur, ac census præterea publicus eorum nomine penderetur. ¶ Id vocatur ¶ Allelengyum: quod alii pro aliis tributi nomine sponsores essent. Alius etiã Basilii Porphyrogeneta Imperator orientis, cõstituit tributum pauperum, qui soluere non essent, a locupletibus exigendum esse, τὸν ὅσον ἀνάγκης ἔστω, videretur allelengyon, *eo. lib. 1. tit. πειρασιων τῶν εὐροῶν, in cõstitut. Basilii Porphyrogeneta.* Romanis Argyrius alius Imperator orientis, postea allelengyum aboleuit, quod Constantinus quoque erat sublaturus, nisi mors eum anteuertisset, in *cod. lib. 1. in cõstitutio. Roman. tit. πειρασιων τῶν εὐροῶν τῶν εὐροῶν, & c. de redditu magna ecclesie. ¶ Liberorum ¶ 5. numerus tribuit a collectis immunitatem, l. si. qui num. liberor. se excus. lib. 10. C. & potissimum a muneribus personalibus, etiam si post impostam collectionem filii moriantur, *Bart. in l. 2. §. non solum, de excusat. tutor. in P.* Ceterum Guido Pap. in hac causa exigit 11. liberos, *Guid. Pap. q. 401. per l. neque, de munerib. patrimon. lib. 10. C. l. si quis decurio. in 2. de decurio. lib. 10. C. l. semper, §. demonstratur, de sure immunitat. & ibi glo. in verb. sexdecim.* Et paulo post concludit nec vllum liberorum numerum hodie excusare a collectis, sed sine ratione eorum peræquationem fieri. Nam etiam de liberorum numero ad immunitatem hanc sufficiente non constat inter interpretes, cum & Azo sexdecim exigat, in *sum. tit. de iis qui se numero liberor. excusa. lib. 10. C. versic. item a muneribus.* Et pro ratione munerum & numerus quoque liberorum aliter atque diuerso modo diffinitus est. ¶ Dehinc ¶ miserabiles personæ a collectis immunes esse debent, veluti cæcus, si pauper sit, non contribuet, *Guido Pap. decif. 400.* satis enim morbo afflictus, alio onere grauari non debet, *c. 1. de cleric. agro. can. cum percussio. 7. q. 3. l. diuus, de offic. presb. in P.* Et si omnino pauper non sit, nec debet exemplo ceterorū onerari, quia is potius ex collectis iuari deberet, *c. licet, de cens.****

- 6 ditus constituerunt. ¶ Vt & aurifodinas seu aurarias aliquando Tyberius sibi reseruaui bonis priuati proscriptis, *Cornel. Tac. lib. 4.*
- 7 ¶ Sub Tyberio centesima pars rerum venalium præbebat, quæ in ætatum militare mittebatur post bella ciuilia in subsidium militum, *Cornel. Tac. lib. 1. annal. antea pendebatur ducentesima: sed is subit tuit in eius locum centesimam, Dion. Cassius, lib. 58.* Eo refertur quod Vlpianus ait, *l. debet, 27. de adit. lib. 21. P. titu. 1. Ludo. Roma. sing. 58.* vectigalis nomine ex emtione aliquid deberi posse, & tunc quod debetur præstandum ab emtore vel venditore, prout placuerit, si nihil dictum ab emtore.
- 8 ¶ Caligula ¶ introduxit vectigal pro litibus atque iudiciis vbi cum que conceptis, quadagesimam summæ de qua litigaretur. Nec erat sine pœna, si quis composuisse vel donasse negotium conuinceretur, vt scribit Suetonius, *in Caligula. c. 40.* Vidi & meo tempore hæc vectigal in Gallia, vocabant configurationes: verum quia & nuntium crudele visum est, sublatum est.
- 9 ¶ Ex ¶ gerulorum diurnis quæstibus Caligula quoque partem octauam accepit: & ex capturis prostitutarum, quantum quæque vno concubitu mereret, atque additum vt tenerentur publico, & quæ meretricum, & quæ lenocinium fecisset. Nec non & matrimonialia obnoxia vectigali esse voluit, *Sueton. in Caligula. cap. 40.* Postea tamen Seuerus Cæsar vetuit inferri in sacrum ætarium lenonam & meretricum vectigal, & vt scribit Lampridius, *in Seueri vita.* Sic & inter Christianos aliquando Lupanaria permilla, & vectigalia exacta, sed & postea vtramque Christianæ expunctum est. vt & Alphonsus priuam fecit Aragonia, *Antonius Panormis. lib. 1. de gest. & fact. Alphonsi. c. 61.* Et Boemi apud eum lege prohibens, *Sylvius, lib. 1. de dict. & fact. Aph. c. 61.*
- 10 ¶ Octauianus ¶ Cæsar ad nutriendos custodes & milites, vectigal imposuit, vt deferretur ætario quinquagesima pars precii mæcipiorum venditorum, *Dion. Cassius, lib. 55. Histor. Roma.* Et tempore triumphatus eius, Lepidi, & Antonii imperatum liberis quotquot in Italia degerent, ducenta sestertia vel amplius possiderent, octauam partem suarum facultatum deferret in publicum, quod & turbas, ex des, & incendia edidit multa. Verum tandem domini liberti, & ab ingenis quoque quadrans anni redditus exactus, *Dion. Cassius, lib. 50.* Id enim ferbat miseria illius ætatis, in bello constituto contra Cassium & Brutum auctores necis Cæsaris, qui Asia occupauerant tributa, exque eadem causa aliorum vectigaliam infinita prope proles, vt Appianus *Alexandrin. lib. 4. belli ciuili. narrat, & Velleius Paterculus, lib. posteriore Histor. Romana.*
- 11 ¶ Reuocauit ¶ omnia vectigalia, & noua addidit Vespasianus, ita vt ex lotio exigente, *Xiphilin. ex Dione in Vespasiano, Sueton. in Vespas. cap. 23.* Nicephorus quoque Imperator orientis, omnes onerum relevationes sustulit, noua & incognita ante imposuit, *vide lib. 1. Iuris orientalis in eius constitur.*
- 12 ¶ Isaacus ¶ Comnenus Imperator orientis statuit, *lib. 1. iur. orientis in constitutio. Isaaci Comneni, tit. aræd. ræuocauit,* canonem, quem dicunt canonicum pro vico habente *reduci vtra vicos,* id est, tripartita infumibula, aureum vnum, argenteos duos, anetrem vnum, huiusmodi sex, vini mensuras sex, farina modios sex, gallinas 30. pro vico qui 20. habet infumibula, aurei bessem argenteum, agnum dimidiatum, hordei modios quattuor, vini mensuras 4. gallinas 20. pro vico 10. infumibulorum, argenteos 5. argentum vnum, hordei modios duos, gallinas decem. Nicephorus etiam alius Imperator orientis, qui tempore Caroli Magni vixit, etiam ex omnibus sacris ædibus, nec non ab ecclesiis, monasteriis imperatoris, apothecis, orphanotrophis, hospitalibus, gerocomiis, *in 1. lib. iur. orientis in constitutionibus Nicephori, tit. de viciis ræuocauit, de militia ræuocauit.* Vini vectigal Lutetia impostum est tempore Caroli V. inuento ætario insufficiente pro impendiis belli in Anglos.
- 13 ¶ Atque ¶ pro victu quotidiano regis & filii eius Dalphini, duodecim denariorum Turonensium per singulas libras salis distendendi, pluraque personalia alia, & realia tributa, quæ refert Ganguinus, *lib. 9. in Carolo V.*
- 14 ¶ Impositum ¶ aliquando Brugensibus vectigal tritici, verum ipso anno 1411. vi sese liberarunt ab hoc onere. Et domo hono illi tributo colligendo constructa id Bamberg, malleis contra-cta & in profluentem abiecta, Ioannes Biesel, Nicolaus de Zontete, Luitinus van Melau, Ioannes Brito, Luitinus Scurclare tribuunt inuentores ex illo puniti, *Jacob. Meyerus, lib. 15. annalium Flandriae in Ioan Burgundione.*

¶ Solarium ¶ salium vectigal est, quod ex solo publico a priuato possessio, publica locatione vel emphyteosi colligitur, *l. 2. §. si quis nomine prohibente, ne quid in loc. publ. lib. 43. P. tit. 8. l. 1. de diuers. prædiis publ. lib. 11. C. 11. §. 69.* qui enim ædificat in loco rei publicæ tenetur canonem vel vectigal eius rei nomine præstare, nec aliter licet occupare, *l. si legatum, 10. de operib. publ. lib. 50. P. titu. 10. l. si quis ex tit. 5. de diuers. prædiis, lib. 11. C. Sic & de agris, & de rebus emittatum dicimus, vt alii fundi vectigales, alii non vectigales sint, vectigaleque annuum habeant penitiam, l. si ager vectigal. vel emphyteos. per tit. lib. 6. P. tit. 3. ¶ M. Fontenius prætor Galliarum pro Romanis apud Allobroges, inter cetera a Gallis acularus, quod nonnum vini portorium in situisset: quod tamen diluit Cicero, pro M. Fonteio, & ante in Italia fuisse. Et in Gallia Titurum Tholosam in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse: Crodinium Portuum, & Numium ternos victoratos, Nuchalonem ferene, vmbinos & victoratos mille. Atque in his locis a C. Codimie Neualone ab his portorium esse exactum, si qui Cobichamo, qui vicus inter Tholosam & Narbonam est, dimitterentur, neque Tholosam ire vellent, &c.*

¶ Vectigal ¶ tuem fisco penditur a metallaris ex metallo dinis. Quicumque volebat metallari officium profiteri, prius præstabat fisco octo scrupulos in balucha, *l. 1. de metallar. lib. 11. C. titu. 6.* id est, in arenato vel minutato auro puro. Sic enim minutæ arenas auri vocant Hispani baluchas, Græci chrysmes, *Plinius lib. 33. c. 4.* Scrupulus 24. pars vnicia est. Præstabant & singulis annis quoque isti aurilegum 7. scrupulos auri, *l. per annos, eodem titu. de metallar.* Et vitæ, si quis in suo solo cuniculos auri querendi causa effodisset, decimam auri præstabat fisco: si in alieno, decumam domino soli, & decumam fisco, *Gratianus, l. cur. tit. 3. de metallar. C. ¶ In ¶ metallis publicis quatuor genera personarum confiderantur, qui & aliis regendis præficiuntur, Procuratores metallorum sunt, qui ad tempus præstabantur, quo nisi expleto, ad aliam dignitatem non eos descendebant, l. 4. de metallar. lib. 11. C. Aliud genus eorum qui adscripti metallis erant, qui inibi perpetuo ferunt cogebantur, vt ex corpore metallariorum cum vxoribus & sobole, quo exentur, cum sobole renocabantur, *l. fin. eod. de metallar.* Erant tamen liberi hi homines metallarij. Tertium genus erat eorum, qui ad metallum, vel opus metalli damnantur, qui pro definito tempore vincti metallis operam præbent, libertateque amissa seruiunt, *l. aut damnatum, §. est pœna, & §. seq. l. quidam sunt serui pœna, 17. de pœn. in P. lib. 48. tit. 19.* interdum tamen inde remittuntur, si inutiles sunt operi propter valetudinem, vel ætatis infirmitatem, dummodo impetretor a principe, *l. in metall. damnati, 22. de pœn. eod.* Quartum genus faciunt monetarii, qui metalla tractant & signant, quorum peritia certa esse debet & fides, vnde & corpus olim faciebatur & collegium. ¶ Pro ¶ vmbra platani solum etiam vectigal tradidit Plinius, cum ea arbor vmbra gratia tantum ex alieno fuerit petita o. be, *Plinius, lib. 12. c. 1.**

De Thesauris inuentis, in fisco inferendis, Cap. 11.

- 1 Vectigal captum a subito ditatis.
- 2 Thesauri inuenti in quantum & quando fisci sunt.
- 3 Thesaurus quid.
- 4 Quando quis dicatur thesaurum in suo inuenire, & cedere emphyteosæ in rem, hęc caria inueniens docetur.
- 5 Non autem usufructuario ei, in qua inuenitur. Non ei, qui hypothecæ nomine habet, vel nomine dote instituentium.
- 6 Mercenarius in alieno operans inueniens thesaurum, nihil ex eo tanquam inuenitor percipit.
- 7 Lex Auliana antiqua omnes thesauros inuenientes deserti fisco: alia diuidi cum inuenitor: at in Gallia & alibi qualis hæc de re sit lex, explicatur.

¶ Nec ¶ exactioes Tyrannicas, quæ enumerantur, *lib. 1. iur. orientis in constitur. Nicephori. titu. aræd. ræuocauit, de militia ræuocauit.* Nicephori Cæsaris Orientis, qui successit Irene, est vectigal institutum, quod a magistratibus impieci res eorum iussit, qui ex paupere subito ad opes pertuissent: ab illis que veluti qui thesauros inuenissent, pecuniam postulati. ¶ Ad ¶ ius fisci thesauros inuentos pertinere iudicat Callistratus, *l. 1. de in re fise. P.* Quod cum distinctione temperandum est: nam qui in suo thesaurum inuenit, suum facit: si in alieno vel fiscali prædiorum

heredes reseruentur. Addiditque senatusconsulto, *Sanctius est, patres conscripti, inopem rem publicam obinere, quam ad diuitiarum cumulum per discrimen ac dedecorum vestigia peruenire.* Jul. Capit. in *E. 10 Perinace.*

4. ¶ Præter institutionem & voluntatem quoque decedentium hereditates olim ad principem vel eius fiscum deuoluebantur, quando perueniebant in causam caduci: veluti si institueretur quibus non erat in rerum natura, vel non existenti legeretur, vel institutus vita decederet ante testatorem. Sublatum tamen hoc postmodum tempore pacis, quod erat ob penuriam temporis belli inductum. *L. 1. §. 1. Et §. Et cum triplici, Et §. pro secundo, de cad. tol. lib. 6. C. tit. 50.* Itam legem de augenda æratio, quæ postea moderata fuit, tulit senior Augustus, ut scribit Cornelius Tacitus *lib. 3. annal.*

5. ¶ Fuit & aliquando ex hereditatibus & legatis pars adiudicata fisco, & æratio militari vigesima per eundem Augustum Octavianum, qui eam instituit exceptis his, quæ proximo genere iunioribus, ac pauperibus morte aliorum relinquerentur, *Dion Cassius, lib. 55.* quæ cum onerosa viâ fuisset Romanis, dicerentque se quoduis aliud tributum, quam vigesimam passuros: Octavianus, anno vrbis conditæ 766, anno 1. sui quinti decennii imperii in agros & domos pensionem transfudit, ac statim non ostenso quantum aut quomodo cullibet pendendum foret, alios alio diuisit, qui priorum ac ciuitatum facultates describeret, ut cum singuli maiorem iacturam vererentur, mallent vigesimam pendere: idque eius consilium ita res ipsa probauit. *Dion Cassius lib. 56, Hist. E.* dictamque fuisse propositum de illa descriptione meminit Diuus Lucas c. 2. amanuensis tacet: *Exiit, inquit, edictum a Cesare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis, &c.* Legem vigesimæ renouauit M. Antonius philosophus, ut testis Iulius Capitolinus. in *M. Antonio.* Iulianus & huic aliam addidit Adrianum vult, utpote qui valde fuit de æratio studiosus, ut scribit Eutropius *lib. 8.* Ipse autem Iulianus quæ de hereditatum vigesima introducta erant, sustulit. *Ledito D. Adriani, 3. de edict. D. Adria. toll. lib. 6. C. tit. 10.* Sicut & sublata decima, quæ ex lege Papia de hæcatur ex legatis a viro uxori, vel ab uxore marito relictis, si illis non essent legitimi liberi. *L. 2. de in fr. par. calbat. lib. 8. C. tit. 8.* ¶ Apud Turcas eorum Imperator, bonorum defuncti decimam quamque corradit, et si defuncto legitimus sit heres. Estque eius rei gratia magistratus æstimationem bonorum faciēs, dictus *Peraluagius.* ¶ Accipit & fisco hereditates mortentium ab intestato sine proximis, uxore, vel sine loco liberalitatis a principe collatæ, tanquam in bonis vacantibus, exclusis ciuitatibus, quæ ius fisci non habent. *Dioclet. & Max. in l. 1. & Theodo. & Honor. in l. vacantia, 4. de bon. vacantib. lib. 10. C. tit. 10.* Et sic Theodoricus rex Gotorum scribit, *Cassiod. lib. 6. Variarum, proximis defunctorum nobis legaliter antepositis, quia in hoc casu principis persona post omnes est: sed huic optamus non acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere.*

6. ¶ Hoc & in Gallia obtinet, ex cuius generali consuetudine rex iure albanagii, id est, albinati, extraneis albinatis succedit, si illi non fuerint cægalcolæ a principe facti, id est, ut diximus si non fuerint affiliati, vel naturalisati, etiam si fecerint testamentum.

7. ¶ Et & nothis quoque, siue spuris non legitimis succedit Princeps, sicuti & quilibet dominus directus habens iurisdictionem spuris decedentibus in suo territorio, si illis non sint descendentes ex linea recta legitimi & naturales, ut sæpe se cædum hæc quæ diximus tam in alienigenis seu peregrinis, quam spuris iudicatum est. *Papus lib. 5. rapso. arest. tit. 2. arest. 1. Guillel. Bened. in ca. Raynuitus, in verbo & uxorem nomine, decis. 5. n. 480.* Possunt tamen ex consuetudine testari spurii seu bartardi. *Boer. ad consuet. Bituri tit. de testam. §. si. Pyrribus, ad consuet. Aureliæ. tit. 14. de successib. §.* Et & quauquam sint filii peregrinis, tamen fisco his exclusis succedit, quia illorum patres, sine adoptione regia, non sunt capaces acquisitionis bonorum in regno, nec etiam beneficiorum, ut decilum constitutione regia 6. Idus Martias 1431. ut nec Bononiæ extranei, ut ait *Barbatia consil. 23. vol. 1.*

8. ¶ Ceterum & ad bona aduenarum seu peregrinorum vocatur principis fisco, tanquam ad bona vacantia, quæ principis sunt: nisi si delata sint, & admonitus, de his fisco non petierit, quo casu iure possunt præscribi contra fisco quadriennio, *L. 1. §. diuus, de iure fisci lib. 49. P. titu. 19. in l. de quadrienn. præscr. lib. 7. C. tit. 37.* quæ non delata sunt, viginti annis *d. §. diuus, l. 1. de iur. fisci.* In Gallia autem Chastaneus in vtroque casu triginta annos desiderari putat. *Chastan in consil. Burg. tit. 2. §. 1. in verba, qui consil.*

que la corps, num. 34. Et in rub. de cens. §. 2. vers. Et semblablement se faire. nu. 20. Et & exaltat constitutio 8. Idus Sept. 1486. quæ fisco in notherum bonis occupandis præfertur dynastis, qui aliquando sibi hoc ius adfiscunt, ut ait Paul. Castr. consil. 34. Vnde & in lib. 2. Cameræ rationiorum fol. 320. scriptum est, bona bastardorum decedentium in terra altorum iustitiariorum, non capiuntur per officarios regis, nisi constet per informationem legitimam regem esse in possessione capiendorum in illo loco: quod si dubi sit, fiat inuentarium, & tradatur in manus fisco. ¶ Apud Siculos intestato aduena, quem ipsi *garagangum* vocant, mortuo, bona in fisco coguntur. *Constitutio. Neapol. de offic. secreti, & ibi Mart. de Afflic. §. Competunt & bona vacantia non solum principibus, sed & aliis dominis iuridicis aliquando, qui ius gladii habent, secundum mores diuersos. Perueniunt & alio modo ad fisco hereditates & legata. ¶ Et & quauis melius ad pœnalitæ cõpendia hic modus referendus esset, tamen de hereditatibus ad fisco defendendis institutus sermo dabit huic modo locum: nempe cum is cui relinquitur tacite legatum, vel hereditas: non potest capere, incapaxque non se deserit, ut partem aliquam consequatur: tunc enim fisco relicto potitur. *Paul. in Ledito, 13. de iur. fisci. l. 1. eod. P. l. 1. C. de delator. lib. 10. tit. 11.* Quæ reddunt autem incapacem, ut illi in fraudem relinquitur tacite non possit, plura sunt, ut damnato in metallum relinquitur, vel hæretico, vel nato ex nefario coitu, & similia quæ enumerat & probat gloss. in *L. 1. de iure fisci in P.* Ideo hereditates fideicommissariæ, de quibus contra legem restituendis personis prohibita a lege promissionem quis adhibuerit, fisco deferuntur. *Papin. l. cum qui. 18. de iis quib. ut indig. li. 34. P. tit. 9.* Defertuntur & successiones mortuorum, quorum hereditates heredes adierunt ante vindictam necem eorum, quibus succedunt. *L. fisea, 9. 3. de iis quib. ut indig. lib. 6. C. tit. 35. Vlp. l. necessarios, l. 5. §. 1. ad Senat. Scyllaria. lib. 29. P. tit. 5. leg. 1. de iur. fisci. in P. Ulpian. l. Marcellus, 3. §. fin. ad Sen. Trebell. lib. 36. P. tit. 1.* Quod & in patronis etiam receptum est, ut nisi liberorum necem vindicent, fisco ab illis hereditates repositæ, cum omnes heredes, ut ait Paulus, *L. q. ortiones. 21. de iis quibus ut indig. in P.* in defunctos officiosos esse oporteat. Quod tamen intelligendum, dummodo heres pupillus non sit, qui ob ætatem ab indignitate illa excusatur, *d. l. fisea questio, & l. minoribus, de iis quibus ut indig. C. quia ibi nulla culpa esse videtur, vbi consilii defectus esse compititur. Quo fit, ut is heres etiam non priuatur hereditate, qui cum ignoraret auctores patris sceleris, mortem non vindicauit. *L. fide eo vltio, 7. eod. tit. C. de iis quib. ut indig. l. cum fratrem, 9. eod. C.* Sic quoque nec is priuatur, qui ante suam culpam, in agendo ab alio præuentus fuit: tunc enim tuto adit si culpa negligentia non imputatur: contra si imputari possit. *L. fororem, l. 10. C. eod.***

De viis publicis. Cap. 13.

1. Via publica iuris regalis est, quidque, via publica. Via diuisio & species publica priuata.
2. Vicinalis iter, actus, via quid. Via publica latitudo quanta esse debet, eod.
3. Vias publicas non licet occupare vel concludere priuatis, quibus sine metu occupantibus quilibet potest se opponere.
4. Viarum publicarum cura aliquando fuit consulum & aditum curulum, & quid huiusmodi curarent in eis, æv. v. quos Grecorum.
5. Curator viarum aliquando solus qualis potestas eius, & quot constituit. Curam tandem viarum, & securitatem in Cæsares transfulerunt. Quare & vestigial exigunt. Maestre des ports & passages, in Gallia quis.
6. Via publica communes vsu, non vicina illis prædia, in quibus non est declinandum.
7. Itinera viarum per miliaria & lapides metiebantur ab antiquis. Et quomodo columna lapideæ viis apponerentur.
8. Lex viarum vna, comiter iter docendum esse.

Regaliæ censetur & via publica, §. 1. quæ sunt Rega. lib. 2. fen. dor. tit. 56. Viam publicam eam dicimus, coitis etiam solum publicum est, *L. 2. §. viam publicam, ne quid in lo. pu. lib. 43. P. tit. 8.* non enim sicut in priuata via, ita & publica accipimus, viæ enim priuatae solum alienum est, ius tam en cundi & agēdi nobis competit seruitutis iure. *d. §. viam, & in l. loci, si ferat. v. ind. in P.* Sic via publica siue basilicæ vel regis, prætoris, consularis, priuatae alia, quæ & agrariæ, & vicinales quæ in vicis sunt, vel in vicis dantur. *L. 2. §. viarum, ne quid in loc. pub. 3. de loc. & itin. publ.*

¶ Inter

do sub pontibus cum nauibus transitur, vel ex similibus, in quibus nullum auxilium itinerantibus præbetur, l. secundum nauiram, de reg. iur. P. l. fin. §. sed cum secundum, de furt. C. Nam & hæc aboleuit Pertinax inflicita a tyrannis vectigalia, in lib. 3. l. Francica, c. 12. de Teloneis.

5 ¶ Bannaria ¶ seu proscrip̄ta flumina quibusdam beneficis seu vasallis condonata sunt priuatis, vel consuetudine, vel pacto vsurpata. Hodie in Gallia piscandi in omnibus bannalibus moderata licentia, Herodia. in 2.

6 ¶ Modusq; ¶ piscandi redemptoribus piscationum & aliis præscriptus. Et de modulo retium, verriculorum, & nassu, & de magnitudine, & de tempore capiendorum piscium, leges datæ a Philippo 4. rege Gall. mense Sextil. anno 1291. & mense Martii anno 1302. Et a Carolo 5. constitut. des eaux forestz.

7 ¶ Sunt ¶ portus quoque publici iuris & regii, ita intelligi. Ioa. Faber, in §. fluminum, de rer. diuisi. Ideo ius piscandi omnibus iure gentium commune, §. 1. qua sint regal. l. nemo, de rer. diuisi. quod pertinet ad iurisdictionem, & regis sunt, vel illius domini, in cuius territorio sunt, l. flumina, de rer. diuisi. & ideo vectigalia quoque eius ad eum pertinent, d. §. 1. qua sint regal. l. editio, §. 1. & linter pub. §. 1. de verbor. signif. Portus appellatur: & ea quæ nihilominus statione conclusa atque munita sunt, Vlpia. l. portus, §. 9. de verbor. signif. Portus species forsitan non conclusi, statio est, ab stando: locus inquam ubi cunq; naues tuto stare possunt, l. 1. §. stationem, de fluminib. in P. Et ita distinctio fit, vt interdicitur detur, ne quid in mari inue littore fiat, quo portus, icterve nauigio deterius fiat.

8 ¶ Littus ¶ maris est, quatenus byberni fluctus maximus excurrit, d. l. 1. §. in mari, de fluminibus. communeque est vsu vt mare, l. Titius, §. 6. & 112. de verbor. signif. §. equidem, de rer. diuisi. quod & de litoribus fluminum dictum est, §. flumina, de rer. diuisi. Tamen quod pertinet ad iurisdictionem, & ius tutandi & ad vectigalia, principis littora sunt, aut eius qui habet in illo loco imperium, l. littora, ne quid in loc. sacri. Ripam tamen proprie fluminum aiunt, vt Ouidius,

— campog, recepti
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. Ouid. i. Metam.
Ripæ quoque solent habere præcipitem asperitatem, vt liquet in omnium ripis, littora vt plurimum plana sunt, vnde Pomponius Mela lib. 3. de Ethiopia agens, vult omnia vallis præcisa montibus, ripæ potius sunt quam littora. Crepido seu labrum amnis, id quod flumen continet naturalem rigorem sui cursus tenens, Vlp. l. 1. §. ripa, de flum. P. Cõfunditur & appellatio cum littore. Verum fluminum ripæ ad possessores proprietatis proximiores pertinent, l. riparum, de rer. diuisi. P. §. riparum, eod. ap. Iust. vide de ripis plura, & de illis muniendis Capollam, lib. 2. de seruitut. rust. c. 36. Iurisdictione ad dominos locorum vel ad principem. Reparationem omnes sine excepte ne conferre teneantur, l. ad portus, C. de operib. publ. Ex constitutionibus Gallicis latis anno Domini 1517. & 1543. art. 11. const. du fruit de la marine, cautam, vt rerum omnium, quæ a pelago in littora extrahuntur, tertia pars ad principem regione iure pertineat, tertia altera ad maris præfectum, alia ad nauarchos repertoies. Et si tamen dominus rerum suarum iacturam persequatur intra annum, ei restituantur refusus sumibus, l. iuxta, l. nauigia, C. de furti. Aque annumerantur inter regalia in Sicilia, Anglia, & littoribus Italicis naufragiorum compendia, Lucas de Pen. & Ioan. de Platea, in l. 1. de naufrag. lib. C. Mattheus, de Affl. lib. conf. §. 9. Est & ius guidagii in Armerica, regale in mari, Argentæus, in consuet. Armoricis.

De bonis patrimonialibus principis a fisco colligendis, & de pascuis. Cap. 15.

- 1 Patrimonii principis tot species, quot priuatorum.
- 2 Proventus ex saltibus & pascuis principis, & poena pascentium in illis.
- 3 Saltus & pascua quid.
- 4 Non licet pecus in pascua aliena vel nemora immittere prohibente domino.
- 5 Duobus modis prohiberi censetur ingressus pascuorum, voce, signo: & quomodo signo. Iterum banno, vel cruce, vel fossis, vel vallo.
- 6 Animalia in pascuis & nemore principis inuenta pro noxa sunt, non si inueniantur in priuatorum pascuis, quia tunc tantum damnnum datur.

- 7 Quando & quomodo dominus ius habet retentionis animalium inuentorum in suo pascentium, & de praxi huius rei.
- 8 Damnnum datum modicum ab equo viatoris necessitate urgente, vel a pecore deperditio sine culpa domini an resarciendum.
- 9 De iure pascenti in alieno fundo, & iure illius seruitutis, quo tamen abutendum non est præter modum.
- 10 Duo iura pascenti, viridis pasuis & vacui pasuis, quidq; utrumque, & tempus pascenti vacui pasuis quod.
- 11 Porci pascus non debent immitti.
- 12 Abutentes pasuis & saltibus iure priuantur concessio.
- 13 Pascua publica Romana, vnde vectigalia olim dicta agri scripturariis.
- 14 Thorin lex in depascentes agros publicos.
- 15 Pascuorum antiquum vectigal.

¶ Ot species patrimonii ¶ principis esse possunt, quot & priuati, vident. tot. titulus, de fundis rei priua. & salt. diuis. domus lib. 11. C. tit. 65. & de fundis & saltib. rei dominic. eodem titu. 66. & de agricol. & mancip. domini. tit. 67. & 68. & 70. 71. 73. 74. 75. 76. Quamobrem de hoc pauca dixisse contentus ero, & protequar quæ de pasuis & saltibus regii frequentia sunt. ¶ Iure ¶ itaque qui immittit animalia in pascua, vel syluam, vel saltum principis, si ius non habeat pascenti: illa amittit & fisco dantur. Atque saltuum vel pascuorum procurator, id est, qui curam gerit eorum, si conuincatur, & pretio venalem gratiam fecerit, grauissimo subditur supplicio, l. de fend. & salt. rer. dominic. lib. 11. C. ¶ Saltus ¶ sunt proprie, pascua loca inculta crebris syluis & dumetis repleta, vt innuit Virgilius, lib. 3. Geor.

Saltibus in vacuis, inquit, pascuuntur plena secundum flumina. —
Et Varro, 4. de ling. Latin. quos agros, inquit, non colebant, propter syluas, aut id genus, ubi pecus pasci posset, & possidebant, ab vsu suo saltus antiqui nominabant, Græci ὄρη, Latini nemora. Saltus atque pascua, aut sunt priuatorum, aut publica, seu vniuersitatis alicuius.

¶ Generaliter ¶ non licet in pascua alterius siue ea sint fiscalia, siue priuata, pecus pascenti gratia immittere, nec militibus quidem, l. 2. & 3. de pas. pub. & priuat. lib. 11. C. tit. 9. quia nec licet fundos alieno inuito domino ingredi sine iure seruitutis, cap. omnes leges, 1. dist. l. per agrum, 1. de seru. lib. 3. C. tit. 34. Call. l. diuisus, 1. de seru. rust. præd. lib. 8. P. tit. 3. Caius, lib. 3. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1. Justin. §. fere, de rer. diuisi. maxime si prohibeat dominus.

¶ Porro ¶ prohiberi videtur ingressus duobus modis, vel expressa voce, vel signo. Quid vocalis expressa prohibitio sit, palam est: signo vero fit prohibitio, si in ingressu vel limitibus, seu terminis fundi seu prati, crux vel aliud simile, quod dicitur bannum, ponatur vel figatur auctoritate iudicis ordinari vel territorii, vel ciuitatis habentis imperium merum seu aliam iurisdictionem, cuius indiciæ poenæ aduersus scientes & violantes, bannum habent executionem, l. fina. de decret. ab ord. fisci. lib. 50. P. titu. 9. Notat expressè Petrus Iacobi, in rub. de actio. ex pamperie, §. nem notandum, circa finem. 2. fit in prohibitio, si pascua, prata, vel nemora, cingantur fossa, aggere, vel macerie, l. 3. §. item feras, de acq. possess. lib. 41. P. titu. 2. l. vsu fructuarium venari. 69. de vsu. lib. 7. P. tit. 1.

¶ Hoc ¶ singulare in pasuis principis, vt animalia inibi inuenta aliena, fisco adiudicentur pro noxa: in aliis alicuium nequam receptum, nam tantum dominus animalium, quæ damnū dedere, tenetur illud resarcire, nec domino fundi, lætius retentionis animalium datur, sed actio ad damni repetitionem, Pompon. in l. quamuis alienum, 10. ad l. aquil. lib. 9. P. tit. 2. Quinimo si quis durtius, aut aliter quam suum animal, a fundo suo alienum expellendo & abigendo, lædat, vt si abortum equa abacta fecerit, pro damno tenetur, Pompon. in l. Quintus Mutius 39. & l. si boues, §. ad l. aquil. P. Habet enim actionem paratam contra dominum animalis, vt de pastu pecoris, cum in suo alienum pecus depascitur, Iulia. in l. qui seruandarum, 14. §. fina. de præscript. verb. lib. 19. P. tit. 5.

¶ Fuerunt ¶ tamen qui defendant posse a domino fundi detineri inuentum alienum animal, donec fuerit damnnum datum reparatum, vel de eo cautum. Quod & seruatur ex consuetudine diuersorum pagorum, potissimum iuxta Tholosam & approbatum Neratio videtur auctoritate, leg. raves, 8. de incen. ruin. & nauis. P. & Vlpiani, in l. hoc amplius, 9. §. Neratio, de damn. inf. lib. 39. P. titu. 2. Suntque expensæ quæ in hac detractione hant resarciendæ quoque a domino animalis,



arg. l. Celsus scribit. §. sed & fratio, ad exhiben. lib. 10. P. tit. 4. l. prator ait. 7. §. si de dam. infect. in P. l. si non forem. 26. §. si certum, de cond. indeb. lib. 12. P. tit. 6. Et pro damno dato electio domini animalis est, vel damnum reparare, vel dare animal pro noxa, l. 1. si quadrup. pauper. fec. dica. lib. 9. P. eo. tit. §. 1. eo. tit. ap. Iust. lib. 4. tit. 9. Receptum quoque est, vt testandi damni causa, quis possit hominem repperum in crimine etiam retinere per viginti horas, Vlp. l. capite. 25. ad l. Iuliam Maiest. lib. 48. P. tit. 5. Et ita probo posse retinere animal nocens, & recludi testationis causa, & vt damnum restituatur. Nec pugnat l. quamuis, ad l. Aquil. in P. quæ dicit non licere includere: et eam hoc verum est, si dominus damnum offerat, vel non licebit ei concludere, vt suum pecus faciat, vel domino interuertat. Hoc enim ad pascua principis solum pertinet, non priuatorum. Item non licere pro diutius animal includere sine mentione domini, vt suum recipiat, d. l. quamuis, ad l. Aquil. si fiat, cuius sit animal. Quod si quis ignoret, vtetur consilio Vlpiani, l. falsus creditor. 4. §. qui alienum, de furt. lib. 47. P. tit. 2. vt proponat palam libellum: se inuenisse tale animal in suo prædio, quod sit restitutum domino damnum soluturi. Quo inuenit, & de damno cauenti, id restituere debet, vt alias fuit iudicatum, Parisiis anno 1546. 6. Februarii, Papii lib. 18. rap. ad. aref. tit. 9. aref. 1. Cautione quippe recepta, probare debet damnum testibus, vel per relationem seu censuram expertorum, qui damna iudicant. sic tunc ad petitionem condemnationis damni accedit: alioquin enim deficiente in probatione damni capiente, aduersarius recte de occupatione illegitima, vt de furto, aduersus eum conquiri posset. ¶ Inutile ¶ tamen hic non erit annotasse duos casus, in quibus in suo depascua animalia pro damno non potest retinere, vel damnum repetere a domino eius: primus in viatore, si necessitate compulsus, equum in itinere, vel in vicinis pratis paup. c. 1. §. si de pasc. tenen. lib. 2. feud. tit. 27. puta equo deficiente ob penuriam alimentis, vel ob morbum: & necessitas faciet licitum quod alioquin prohibuitur, c. quod non est licitum, 4. de reg. iur. apud Gregor. 1. Machabeor. 2. Alius casus notatur ab Alberico, in 2. par. statuo. quæst. 76. vt dominus animalis non teneatur de damno ab eo dato, quando animal deperditum fuisset sine domini culpa, & depopulatur aliena. Verum ego non subscribo, sed arbitror damnum teneri refarcire, liberari tamē a pena, quæ ultra damnum domino imponitur fisco, vel domino rei læsæ addicere. Ita neque enim æquum esset euasisse faturum vel nutritum animal enim alterius iactura, & ita ditari alterius malo dominum, l. nam hoc natura, de condit. indeb. in P. l. locupletari, de reg. iur. l. iure natura, eod. in P. ¶ Excipitur ¶ tamen alius casus a reparatione damni dati in prædus alienis ab animalibus nostris, si in illis seruitutem pascendi pecoris habeamus, quæ ius tribuit impune, Vlpian. in l. 3. Papin. in l. 4. de seruit. rust. præd. lib. 8. P. tit. 3. & acquiritur interdum in rebus dominorum clientelarium ex cautione traditionis in Emphyteosin nominatim facta, vel alio titulo, seu præscriptione longissimi temporis, quæ vicem legis obtineat, l. §. pen. de ag. plu. arden. lib. 39. P. tit. 3. Pompon. l. hociure, 3. de aqua quotid. §. est lib. 43. P. tit. 19. etiam sine titulo. Cum titulo tamen decem annorum possessione, vel quasi inter præfentes, & 20. inter absentes, l. si quis a iustit. 10. §. ibi glo. doct. si ser. vendi. lib. 8. P. tit. 5. §. in l. si seruitutes prædio. 14. de seruit. lib. 8. P. tit. 1. Et contra dominum etiam directam, si modo ei tributum, seu census eo nomine præstetur, Vlpian. in l. venditor. 14. §. si constat, commu. præd. lib. 8. P. tit. 4. Et ita iudicatum, Guid. Pap. quæst. 563. Pap. lib. 14. rap. ad. aref. lib. 1. aref. 3. Nam census eius præstatio arguit titulum, vt viuarum præstatio præcedentem obligationem, l. cum de in rem, vers. 6. de iuris lib. 22. P. tit. 1. Quæ verantur quatenus modus concessus pascendi seruat. Nam pascendi modi duo, viridis, inquam, pascui, & vacui. Viride pascuum est, quod tempore fructuum conceditur: vt in pratis tempore quo herba virent in sœnumque crescent. Et in syluis tempore quo glans est. Ita vacuum, quod exliffio fœo, & collectis glandibus tantum permittitur. Pascua virentia & virentia, intelliguntur in nemoribus & saltibus a die festi S. Michaelis, vsque ad diem sancti Andree. Quare hoc tempore inhihentur his qui tantum vacuum habent pascuum, Chassaneus in rub. 14. des fruct. & pascuages. §. 4. & 5. in consuetud. Burgund. Ex consuetudine Biturigum pascua virentia inhihentur in pratis a die annuntiationis Dei paræ, qui est 25. Martii vsque ad 29. Septembris, §. 4. de consuetud. Biturig. Quod & alibi seruat. Marcus Cato in hæc verba scribit, Cato, lib. de re rust. cap. 149. Quæ leg. pabulum hybernium vendere oporteat, quæ vendas, finis dicitur. Pabulum vini acci-

pto. Ex Calendis Septembribus prato sicco decedat, ubi pirus florere cœperit, prato irriguo: ubi super inferque vicinus permittet, tum decedat, vel diem certam virique facito. Cetero pabulo, Calendis Martiis cedito. ¶ Et istis ¶ legibus vt licet pascuis iure etiam vicinitatis extra tempora prohibita, & dummodo prædia vicina non sint circumdata, quæ ita excipi videntur, & dummodo in prata aliquo tempore porci non immittantur, quia isti rostro radices herbarum exarant & eruunt, in §. 1. de consuetud. prædio. in consuetud. Biturig. ¶ Neque ¶ enim hoc modo vel alio licet, etiam si concessa sit pascendi facultas, abuti rebus seu nemoribus vel pascuis: alioquin abutentes priuantur iure, vt iudicatum fuit 3. Non. Iulii 1530. teste Ioannē Lucio, lib. 7. placitorum curie, titu. 7. plac. 1. ¶ Erant ¶ etiam Romæ pascua publica, ex quibus etiam vestigia lia perueniebant ad ærarium publicum, vocabanturque agri illi scripturarii, in quibus vt pecora pascerentur, certum æs erat: ita dicti, quia publicanus scribendo conscribit rationem, vt ait Sextus Pompeius. Et eorum, qui pascua publica conducebant ratio, scriptura dicebatur, vt ait Alconius Pedianus, in diuina. Cicero. ¶ Eratque ¶ lex Thoria, quæ animaduertebat in eos, quorum pecora agros publicos depalcerent, Cicero 2. de oratore. Onidius florales ludos olim curatos & exhibitos tradit, ex pecunia, quæ ex multatione eorum, qui pascua depalcerentur, colligebatur. Refertque primum libera fuisse pascua, postea in publicum redacta aliqua, & inde vestigalia exhibita, his verbis, Ouid. 5. Fast.

Dic Dea, respondi, ludorum quæ si origo:

Vix bene deseram, retulisti illa mihi.

Cetera luxuria nondum instrumenta vigeant,

Aut pecus aut latam diues habeat humum.

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia ditata est:

Sed iam de vitto quisque parabat opes.

Venerat in moram populi depascere salus,

Idque diu licuit, poenæq. nulla fuit.

Vindice seruabat nullo sua publica vulgus,

Imq. in privato pascere inertis erat.

Plebis ad edes perducta licentia, talis

Publicis, animus defuit ante viris.

Rem populus recipit, multatam subiere nocentes,

Vendicibus laudi publica cura fuit.

Multa data est ex parte mihi magnos, fauore,

Victores ludos instituere nouos.

Parte locant clui, qui tunc erat ardua rupes,

Vile nunc iter est, publicumq. vocant.

¶ Scribit ¶ & Plinius, 18. cap. 3. etiam nunc id suo tempore in tabulis censoriis: pascua dicuntur omnia, ex quibus populus redditus habet, quia diu hoc solum vestigial fuerat. Pascua vniuersitatis cuiusdam, vel pagi, vel ciuitatis, illis tantum communia sunt, qui eiusdem sunt municipii, vel qui ius alio modo sibi quaesierint. Sic enim fuisse communia in diuisionem agrorum, pascendi causa, tradunt Agennius, Virbius & Flaccus, de conditionib. agrorum. Flaccus, & Frontinus. Quæ tamen postea priuati sibi aliquando viuarunt & inuaserunt per potentiam. Data & compascua a dominis directis, aliquando colonis agrorum, & clientibus censuibus, sub censu certo annuo, certis legibus & conditionibus, quæ placuerunt in traditione.

De Syluis & Nemoribus. Cap. 16.

- 1 Ius regium, & in syluas.
- 2 Cura nemorum & inter summa politie curas, ob securitatem itinerum & utilitatem communem consulibus etiam commissa.
- 3 Iura regis in saltibus Normanicis, tertium, & Dangeriam ius Gruaria.
- 4 Compendia quoque Romanis olim fuisse ex syluis.

¶ Vs regium in syluas quoque porrigi nemo dubitabit, qui legitur curam sylvarum & nemorum in politia genere bene constituto summam fuisse, & ideo præfectos esse eis constitutos peregrinos, vt notat Aristor. lib. 6. Polit. c. 8. & lib. 7. c. 12. & vt Virgilius, Bucol. Eclog. 4.

Sic animus sylvas, sylua sint consule digna.

Sive ad securitatem referas publicam, sive ad utilitatem & commodum publicum, quorum cura principis est, l. 3. de offic. præf. virgil. lib. 1. P. titu. 15. ¶ Nam ¶ & concedebant Consulibus, sicut provincia, & curam sylvarum & itinerum, Suetonio Tranquil. in Iul. Cæsare. 19. quia, inquit Philip. Beroaldus, in prædict. loc. Tranquillus,

loca sunt latrocinii exercendis accommodata, ut ita a consiliis repurgarentur, fierent, loca viatoribus iustiora. Nam & syluæ ideo latrocinii suspensæ, publico præsidio obtineri consueuerant, ut inuenit Iuuen.

Armato quoties tuto custode tenetur Et pontina Palus, & Gallinaria sylua.

Fuerunt & syluæ publicæ curæ, ad delendam & conseruandam materiam vrbibus publicis necessariam, sicuti Lampridius memorat, in *Alexan.* Alexandrum Cæsarem in publicos vsus thermarum eas deputasse. Ita Veneti præfectum constituunt syluis, ne materia defuit ad naves conficiendas, *P. Crinius.* Salomon rex idco petiit a rege Tyriorum Hitamo, ligna cedrina & abiegna, *3. Reg. c. 5.* tanquam ab eo, in cuius manu syluæ regni essent. Et Neemias edificaturus Hierusalem, petiit ab Artaxerxe epistolam ad Asaf custodem saltus regis, vt daret ligna, *2. Esdræ, c. 2.* Ex lege Ludouici & Clotarii de syluis, & ibi dicitur, de forestibus nouiter instituentis, sic scriptum, *l. 4. legis Francicæ c. 1. 9. vt quicumque illas habet, dimittat, nisi forsitan iudicio veraci ostendere possit, quod per insensionem suæ permissionem domini Caroli genitoris nostri eas instituit, set, præter eas quæ ad nostrum opus pertinent, unde nos decernere volumus quicquid nobis placuerit.* § *Ius* † regium est monarchie nostræ Gallico, in salibus Normancie, vultus vocabulo, *Tertium* & *Daugierum*, cuius canon consistit ut in aliis, in quibus ius habet in arborum caesura, glande, pasuis, & aliis similibus commodis, inque *Gruarie.* Ea de causis, ne fraus fieret canonis instituti preselli *Gruarie, vidarii, custodes saltuarum, aliiq.* quibus syluarum procuratio demandata. Sunt & hac de re constitutiones regiar, quæ late de horum cura & iurisdictione & redditu tractant, *dos eius & forestæ, a Franco c. 1. & Henrico 2. editæ.* § Et † olim quoque de syluis compendia publica fuisse constat ex Iuuenale, dum ait, *Sayr. 3.*

Nunc sacris fontibus nemus & delubra locantur Indeis, quorum cophinus, fenumq. supellex. Omnis enim populo mercedem pendere iussa est Arbor, & ciculis mendicæ sylua camænis.

De Compendiis fiscalibus pœnalibus. Cap. 17.

- 1 Male quaesta & retenta fisco danda, & confiscata in pœnam, enumeratis, casus, quibus bona delinquentium in fisco deponuntur seu confiscantur, & quando sibi referuntur legitima.
- 2 Quæ detrahantur a bonis confiscatis.
- 3 Nouissimo iure cessat confiscatio, exceptis paucis criminibus enumeratis. Nec in Aquitania nisi raro confiscatur. In Gallia contra, confiscato corpore confiscantur bona, reseruata vxori & liberis rei quadam portione.
- 4 Bona confiscata in quibus criminibus queruntur dominis iurisdictionalibus, & quando soli Regi.
- 5 Quando confiscatio bonorum a iudice laico facta non tollit ius patronatus rei.
- 6 Defertur fisco duplum pretii emtionis ementis domum vt demobatur: Item bona desistentis ab accusatione, pretium rei litigiosæ venditæ: & ex aliis causis, quæ enumerantur.

Dicitur † fisco quoque ex pœnis, vel pœnalibus compendiis: Nam in primis male quaesta & retenta, fisco adduntur, *l. in heredam 5. de calum. lib. 3. P. ii. 6.* vnde illa pœna, quæ non capit Christus, rapit fisco, *ca. maiores, 16. q. 7. 2.* Res magni pretii, a fisco minoris emta, fisco adicitur, *l. de iure fisco. P. si fraus emtoris interueniat consulto, non aliter, l. de fide instrum. & iur. bast. fiscal. lib. 10. C. l. si minori pretio. 3. de iur. fisco. lib. 10. C. 3.* Bona monopolantium, *l. vni. de monopol. lib. 4. C. tit. 5. 9.* 4. Bona eius qui rusticatum ad obsequia sibi præstauda iure mæcipii compulsi, aut bouem aut seruum eius in vsus proprios conuertit, *l. 2. ne rustica ad vitum obsequium deuocent. lib. 11. C. tit. 5. 4.* 5. Bona fortilegorum & maleficorum, *l. 3. de malef. & mathema. lib. 9. C. tit. 2. rapuerit, cap. ex iuratum, de fortileg. 6.* & Damnatorum crimine, quod habet pœnam capitalem, in insulam deportationem & relegationem cum bonorum ademtionem, *l. 3. § fin. ad l. Cornel. de sicar. lib. 4. 8. P. tit. 8. vbi & crimina enumerantur eius pœna, § in l. 4. eius tit. 7.* Reorum quoque olim ex crimine falsi vel quasi falsi, *Marti. in l. 1. § si. ad l. Cornel. de fals. lib. 4. 8. P. tit. 10.* 8. Tutoris pupillum corrumptentis, *l. 1. si quis eam cuius tut. fuer. corrupit, lib. 9. C. tit. 10. 9.* Hereticorum bona quoque deferuntur fisco, *Manichei, l. 4. de heret. lib. 1. C. tit. 9. Innocen. 5. in c. pergentis, de heret. 10.* Apostatarum antea, *l. 1. de apostatis. lib. 1. C. tit. 10.* quæ postea successoribus reseruata fuerunt, *l. apostatarum. C. eod. 11.* Publicantur bona damnatorum de vi publica, *l. 1. ad l. Iul. de vi publ. P. 12.* Tertia pars quoque damna-

torum de vi priuata, *l. 1. ad l. Iul. de vi priuata. 13.* Bona redeunt ad fisco, si ex præuaricatione aduocati vel procuratoris sui viduus sit, *l. 1. de sent. aduer. fisco. tractat. lib. 10. C. tit. 9. 14.* In summa iure Pandectarum & Codicis, bona eorum, qui capite damnati sunt, ad fisco pertinent, reseruata quadam portione legitimæ liberis, *Callis. in l. 1. & Paul. in l. fin. de bon. damn. lib. 4. 8. P. tit. 20. Grati. & Theo. & Valensina. in l. si de portatus, de bon. profer. lib. 9. C. tit. 4. 9.* nisi mater deportata esset: nam tunc filiis, Diocletia. & Maxim. legitimam non dant, *l. de bonis. 6. de bon. proscript. cod.* Solebant Romani bona publicare, id est, in vsus publicos redigere, quos maximis criminibus damnabant, vt docet pluribus exemplis *Alexand. ab Alexandro, l. 3. genialium dier. c. 32. & eorum quoque qui metu pœne criminis mortem sibi inferebant, l. 2. & 3. de bon. eor. qui mor. sibi consc. l. parricidii, 8. ad l. Pom. de parris. lib. 4. 8. P. tit. 9.* † Notandum † tamen condemnato filiofamil. de crimine, vbi confiscatio locum habet, viuente patre nec legitimam eius confiscari, nec bona castrensia vel militiæ gratia a patre concessa secundum *Alexandro Imperatorem, in l. si filius. 3. de bon. profer. C. quia & præmatura est petitio legitimæ ante mortem patris, in l. 1. § si impuberi, de collat. lib. 37. P. tit. 6.* Nec veniunt etiam in confiscationem, sed detrahuntur a bonis confiscatis quæ ante condemnationem donata sunt, paraphernalia vxoris, & alia donata filiis, *Archad. & Honor. l. si quis post hæc, 9. de bon. proscript. etiam si post contractum capitale crimen, fiant istæ bonorum distractiones, dummodo in fraudem fisci scienter non fiant, l. post contractum, 15. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* & nisi commissum fuisset crimen perduellionis vel læsæ maiestatis, post quod donationes etiam perfectæ ante condemnationem a reo, factæ a fisco reuocantur, *l. donationes, 32. § perfecta, eod. de donat. l. pen. & fin. ad leg. Iul. mai. lib. 9. C. tit. 8.* Si mulier quoque deliquisset nupta, in eocasi quo maritus lucratu dotem vel partem eius, dos non datur fisco, sed apud maritum reuertitur, perinde ac si duraret matrimonium, *Callistr. in l. quinque legib. 3. Paul. in l. Somnus, 4. Ulpia. in l. sed ea lege 5. de bon. damnat. P. 4.* Nouissimof iure nouellarum exceptis quibusdam criminibus non confiscantur bona, *ausben. bona damnatorum, C. de bon. profer.* Excepta crimina sunt vtriusque maiestatis, & diuinæ, *ca. cum secundum leges, de heret. in sexto, l. Manicheos, 4. eodem C. & humanae, l. qui quis, l. penult. & fin. ad l. Iul. maiest. C. d. donationes, § perfecta, de don. P. raptus, ca. si quis rapuerit, 27. q. 1. & alia plura, de quibus videndus Bœcius, de c. 264.* In Aquitania ob crimen nulla confiscatio regi est priuilegium, quod illi concessit anno domini 1337. secundum quod iudicatur, *Papui, lib. 2. 4. rap. sed. ar. for. tit. 2. ar. est. o. 2. Imbert. Manualli, de pœn. pecunia. abrogat. nisi tam atrox fuerit delictum, nempe comprehensum in authentica bona damnatorum de bon. proscript. C. At generali consuetudine Gallæ confiscato, vt dicunt, corpore, confiscatur & bona, reseruata vxori & liberis quadam portione. § Ceditque † huiusmodi confiscandi ius & confiscatio dominis, in quorum iurisdictione bona confiscanda sita sunt: exceptis criminibus priuilegiatis, nempe *Hæreticos, falsæ Monetæ, imminutæ Maiestatis, ob quæ crimina bona deferuntur fisco regio, vt scribit Mansuerius, in sua praxi titu. de pœn. § item aduertendum, & in consuetu. Burgundia, § 1. tit. des confiscations, & ibi Chassan.* § Facta † tamen confiscatio a iudice laico, non priuat res ius patronatus: quia hoc est extra forum, & iurisdictionem laici, vt notant aliqui, *glo. in cle. pastoralis, ante § ceterum, in verbo subiecta, de senten. & re iud. in Clementin. Martin. d. Casarius Laudensis tractat. de fisco num. 3.* quamuis alii distinguant, *glo. in ca. filius, 16. q. 7.* vt ademtionem partis bonorum, ius patronatus nō perdat, contra si omnia adimantur, quod verius credo: quia ius patronatus transeat cum vniuersitate bonorum, si ei adherat nec excipiatur, *c. ex literis, de iur. patron.**

§ 15. In † fisco deferuntur duplum pretii, quo quis emit domum, vel villam, vt eam demoliretur, *Paul. l. senatus, 52. de contra. emt. lib. 18. tit. 1. l. 1. de iur. fisco. P. l. 2. de ad. si. priua. lib. 8. C. tit. 10.* Male affectus enim in rempub. visus est, qui spe aliqua particularis commercii & pretii, patitur publicum aspectum deturpari. Sic enim siue spe lucri patiatur res suas deturpari, vel alia ratione demoliatur, hac lege non vincitur, *l. cetera, 43. § item quari, & § sed & si quis, de leg. 1. lib. 30. P. tit. 1.* Ad decus tamen vrbis pertinet edificia non derelinquere, *l. prior ait, 20. § interdictum, de oper. nou. nuntiat. lib. 39. P. tit. 1.* cum deformetur ruinis, *l. fin. ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8.* Licet tamen vnicuique in eadem ciuitate ex vna domo in aliâ materiam transferre, *l. si quis, de ad. priua. 16.* Ad fisco pertinent, quæ quis vini cognati ignorantis bona vel partem bonorum,

notum, tanquam iam heres, & postea successit, nam ea tanquam ab indigno auferuntur, *Marian. in l. 2. de iis quib. ut indign. lib. 34. P. tit. 9. l. quidam. §. fin. & l. sequen. de donatio. in P. l. fi. C. de pact. 17. Pœna pecuniaria accedit fisco eius qui ab accusatione recessit, l. 1. de iur. ff. P. l. 1. §. si quis autem ab accusatione, ad de Turpil. lib. 48. P. tit. 16. 18. Defertur fisco rei litigiosa, pendente lite venditæ scienter, pretium & tantundem, exceptis alienationibus causâ dotis, & iure transactionis vel diuisionis vel legati, vel fideicommissi, *l. fin. de litigio. 8. C. tit. 37. 19. Ex contractu priuato potest queri fisco, & pœna quæ soluenda fisco inferitur compromisso, nisi stetur arbitrio, l. 1. de iur. ff. in Pi. Rebus: in commenta. ad regias constit. tractat. de arbit. & arbit. arti. 1. gloss. 13. nume. 12. & sequentibus. 20. Accedit fisco pœna quæ debetur ex contractu inuito contra prohibitionem, ut in l. si de contract. Indi. lib. 1. C. tit. 5. 4. l. auferunt. 46. §. quod a preside, de iur. ff. P. cum similib. ibi not. in verbo vendicatur, l. 2. de iis quib. ut indign. in P. l. mercatores de commerc. & mercat. C. 21. Et fisci sunt multæ pro pœna impostæ, l. multarum seuerâ compendia. 5. de mod. mulctand. lib. 1. C. tit. 55. l. consiliarios, l. 1. de assessor. lib. 1. C. tit. 52. 2. 2. Pœna fraudantis vectigal legitimum, confiscatio est, cum incidit in commissum, l. commissi. 14. de publica. lib. 39. P. tit. 4. cum similib. nisi per quinquentium resti in commissum venientem fisco non perierit, postea enim qui fraudauit vectigal, totus erit, l. 2. de vectig. & commissi. lib. 4. C. tit. 61. 23. Domus in quam aliquid ex sepulcro violato delatum est, consentiente domino, fisco adjudicatur, l. secunda. de sepult. viola. C. cum pœna 20. librarum auri, quam soluunt violantes, l. 3. C. cod. 24. Qui in baltheis & equestribus frænis ausus fuisset lapides pretiosos inferere veluti lacinthos, margaritas, fisco quinquaginta libras auri debebat. Et qui cultum imperatorum ex auro vîrpasset, vel fabricando, vel deferendo, centum librarum auri multa damnabatur fisco, pœna quoque imminente capitali, in l. om. nul. in franio & in eque. §. lib. 11. C. tit. 11. 25. Iudex qui noluerit audire cum, quise docere paratus est, immunitatem a functionibus publicis, debet fisco 50. libras auri, appartor 50. l. 2. de offic. civil. iudi. lib. 1. C. tit. 46.**

De Compendiis ex pœna eorum, qui ciuitates suas relinquunt. Cap. 18.

- 1 Curialis iure in fisco delato, in quod relicta ciuitas sua se contulisset priuatur: Et inibi de amore in patriam, & de bono ciue.
 - 2 Ciues reparare domos, quas in ciuitate habent, coguntur, aut adificare de nouo.
 - 3 Decuriones ex cinibus delecti munera obibant: & ibi decurionibus, & decurionibus & decuriis, & quid curia, & curiales. Et num. 5.
 - 4 Corporati vrbis Roma nec rus, ut nec curiales, se poterant habitandi causa conferre. Valens Christianos profectus odio.
 - 6 In duabus ciuitatibus posse quem incolam esse, & strag, ad munera cogi subeunda.
 - 7 Quid faciat ciuem alicuius ciuitatis.
- 1 **S**I ciuitatis cuiusdam curialis, id est, in numerum magistratum relatus ciuitatis immemor rus habitandi causa se conferebat, eo quod ob rusticum fundum ciuitatem contempsisset, fundo priuabatur, quod fisco quærebatur, l. 1. de decurion. l. 1. de curia relicta. ciuis rus habi. §. C. lib. 10. C. tit. 37. Et existimati impii, qui patriam contemserint, potissimum qui personam in ea gerunt publicam, quales ii curiales curiis & populo præpositi munerum ciuilium dispensatores, quibus satis est, si inferuiant, ut ait Augustus l. curialis, 21. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. Aulus Gabinius trib. pleb. suadens Pompeio recuanti bellum contra Pyratas, o Pompei, inquit, mihi & patria concede, cui & natus es & educatus, teque eius commodis inferuire oportet, eius causa nullos labores, nulla pericula subire iugere, sed etiam, si res ita ferat ut moriendum sit, pro ea quouis mortis genere, Dion. Cassius, lib. 36. Hist. Roma firmat hoc Cice. 4. ad Herennium. Omnis peregrinatio, ut ait Cicero ad Mar. Celiuum lib. 2. episto. fam. obscura & sordida est iis, quorum industria in patria potest esse illustris. Et rursum Cicero in Vatinnium: Cuius est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos & incolumos desiderat. Et hic argumenta plura peti possunt a loco communi dilectionis patriæ, & obedientiæ quæ iuris naturalis seu gentium est, l. 2. de iust. & iure.
- 2 **¶** Cui & addo ciuem non probe dici, si vnitatem illam ciuitatis a qua ciuis est, curare recuset, et si inde seorsum secedat.

Quam obrem & Cæsares in curiales & ciues præclaram hanc legem statuerunt his verbis, l. singularum, 8. de a. si. priuat. l. 2. C. tit. 10. Singularum vrbium curiales etiam inuui, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo adificare cogantur: illic semper munus inferuiri, & auctari propter frequentiam ciuitatum. Possessores vero, qui non erunt curiales in vrbibus in quibus domos possident, easdem domos dirutas neglectasque reparant: iudicaria ad conseruandum hoc præceptum auctoritate retinendi: Non enim omnes habitatores alicuius ciuitatis curiales erant, sed dignissimi ex illis meritis & facultatibus, ad subeunda patriæ munera eligebantur, l. ad subeunda. 46. de decurio. lib. 10. C. ¶ Et de decurionibus & curialium publica fuisse munera constat ex Livio in 1. & Dionysio Halicarnalæo in 2. Sed apertius ex Pomponio Læto lib. de magistr. in princ. Multitudinem, inquit, Romulus vel secundum alios Seruus Tullius in partes tres quatribus appellauit, & tribus duces, tribunos: ipsos autem tribus singulas in triginta partes diuisit, quas curias dixit: quoniam earum cura respublica sententiam expediebat, indeque lata a regibus quadam leges curiate dicitur. Curiarum præfectos, Curiones dixit: diuisit & singulas curias in decurias, id est, alias decem partes, quarum præpositi decuriones. Possunt etiam dici curiales, qui lecti ex curiis in senatorium ordinem reducti erant, ut acitatum est ante primum interregnum, teste Feneftella lib. de magistratibus, cap. 4. Et senatus quoque curia dicebatur: quia ille rempublicam curat, quemadmodum & curia a curia dicitur secundum M. Terentium Varronem 5. de lingua Latin. Accipitur & curialis in hoc exemplo, quo is prohibetur ciuitatem suam relinquere, pro decurione & præposito curiis: nam eadem prohibitio quæ fit curiali, in l. si curial. §. C. lib. 10. C. fit & decurionia Pomponio Iuricons. l. 1. de decurion. lib. 50. P. tit. 2. ¶ Quod & ad corporatos vrbis Romæ producendum est, cum 4 & ii ciuitate donati, suffragiis possent ad munera decurionum peruenire, & eisdem functionibus subiciantur. Quare nec illis licet extranea vel peregrina loca incolere, & si fecerint ad vrbem retrahuntur, l. 1. de priuileg. corp. vrb. Roma. lib. 11. C. tit. 14. Quod & stricte iussit obseruari Valens Cæsar, ut ab eremo Christianum curialem ad munera reuocauerit, l. quidem ignaua. 26. de decurion. lib. 10. C. tit. 31. Quanquam hic non zelo publico fecerit, sed odio Christiani nominis, quo flagrabat: nam & hic persecutus est ecclesiam Dei, Paul. Diacon. lib. 11. & plures Christianos Gothis obiecit occidendos, alios quoque 80. episcopos ad se missos legatos, cum nauibus incendit, ut scribit Sozomenus lib. 5. cap. 14. & Greg. Nazianzenus in Monodia, & alii.

¶ Alciatus ¶ lib. 1. iur. parerg. capit. 26. & in l. pupillis. 29. §. de curionibus, de verborum significat. existimauit curiales esse, ex decurionibus & principalibus ciuitatis cuiusque electos, qui munera omnia sustinere cogebantur, & ab aliis exigere. Vtunque tamen res se habeat, exploratum est, curiales municipalibus muneribus obstrictos esse, & ideo prohibitum illis iure, ne se alibi transferrent, ne desertores officii impositi essent.

¶ Sed si quis non adhuc decurio in aliam ciuitatem se conferat, verum est ciuitatem illam secundam, quæ plurimum est, non confiscari. Ceterum placuit huiusmodi incolam, vtriusque ciuitatis muneribus posse affici, si quando visum sit municipibus, l. 1. & final. de municipib. & original. lib. 10. Cod. tit. 38. Paul. in l. incola. 29. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. Potest namque municipis originarius, qui munere aliquo non fungitur alibi transferre domicilium libere, l. 1. de incol. lib. 10. Cod. tit. 39. & ibi esse etiam incola, qui talis erit, si intra mœnia ciuitatis, vel intra saltem pomeria habitet, l. 3. de incol. eod. Non enim incolam facit habitatio intra territorii ciuitatis fines sola, neque is ad subeunda munera cogi potest ibi. Ceterum si eodem anno duarum ciuitatum incola, in vtraque ad munus vocetur, vel ad decurionatum, vel ad alium honorem, præfertur ciuitas originaria, Paulus in l. libertus. 17. §. præscriptio, ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. Alterius enim ciuitatis incola, potest in loco originis fieri consul, l. priuilegio. 6. de incol. lib. 10. Cod. tit. 39. ¶ Ciues ¶ in summa facit, origo, manumissio, allectio, adoptio: incolas domicilium, municipes quoque origo paterna, l. ciues. 7. de incolis. lib. 10. Cod. l. 1. ad municipal. in P.

De compendio fiscali ex cœlibatu. Cap. 19.

- 1 Calibes antiquitus certum pendebant erario pecuniam ex lege, cuius auctores Camillus & Postumius: eandem, & Plato in l. 1.

2 *Quomodo intelligenda illa lex cœlibatus.*

3 *Suolata pena cœlibatus postea.*

1 **D**Eferrebatur t̄ antiquitus ex lege in ærarium certa pecunia & multa indicta & exacta per censores a cœlibibus: auctores eius feruntur Camillus & Posthumius, *Vlp. Max. li. 2. cap. 4.* Nam lex quæ vetabat cœlibatum, transfuit etiam castigatiōnem ad censores, *Cicero 0. 3. de leg.* Plato fere eandem legem ita sancit *6. de leg. b.* *Si quis viuat in ciuitate sine connubio, & egerit trigintaquingue annos: singulis annis, si de maximo censu est, diachimus centum mulietur: si de secundo, septuaginta: si de tertio sexaginta, si de quarto, triginta.* Verum Plato illam pecuniam non ærario, sed Iunoni consecrari iussit. Quæ t̄ leges probabiles aliqua ratione erant, in illis qui caste viuere non poterant, & melius sic nubere quam vri, *1. ad Corinth. 7.* vel habita ratione temporis, in quo ob bella propemodum periturum genus erat hominum, nisi generatione repararetur, quod fit per nuptias legitime, *§. 1. de nupt. in auth.* Porro nec matrimonium imperatum virginitatem uolentibus perpetuum satis docuimus in Artis mirabil. syntaxib. etiam apud gentiles, apud quos vestales & alie virgines erant summo in honore, *docuimus lib. 40. Syntax. art. mir. cap. 11.*

2 **¶** Et deinceps, t̄ postquam in mœchos iusta constituta vindicta, & cum lex Dei innotuit euangelica, cœlibatus approbatus & laudatus est castus, *prior. ad Corinth. 7.* sublatumque vectigal & pœna cœlibibus, & qui liberos non habebant imposta, etiam iure ciuili, *l. 1. de infirman. pœn. cœlib. & orb. lib. 8. C. tit. 58. Sancimus, inquit Iustinianus, §. sancimus de Lenonib. in auth. col. 3. tit. 1. omnes seu natus secundum quod possunt, castitatem agere, que etiam sola Deo, cum fiducia possibilis est, animas hominum presentare. Nuptie terram implent, virginitas paradysum, & op. nuptia. 32. quest. 1.* Ecce futurum esse in ecclesia Dei prædixerat Dauid, dicens, *Psal. 44. & ibi in Enthyminis, adducuntur regi virgines.*

De aliis pœnis deferendis fisco. Cap. 20.

1 **A**uri libram fisco pendis occupans ex grege Principis equum, & pœna arboris lauree succidentium eadem refertur: vel eorum qui ex syluis Principis cadunt vel emunt.

2 **L**icet non exponere liberos lege Romuli quomodo, & de abolitione legis, & de pœna.

3 **A**lia causa proscriptio bonorum.

1 **N**isicum t̄ etiam deferretur pœna libe vnus auri, ab eo qui ex armento vel grege Principis equum vel equam occupauerit, neque reddiderit ad vocem præconis quærentis: si duos vel duas, duarum librarum: sic pro singulis vnâ libram auri præbebit. Quod si ex aliis gregibus, sex vnias auri nisi sponte obtulerit, *l. 1. de greg. dom. lib. 11. Cod. tit. 75. l. 1. de his qui se deser. lib. 10. Cod. tit. 13.* Ementes & vendentes ex arboribus lucorum Daphnes in Syria, vel Persides in Ægypto 50. libras auri fisco debebant, *l. 1. de cupress. libr. 11. Cod. tit. 77.* Item qui cupressos etiam sponte lapsas in syluis Principis transfuit propria auctoritate, vel exciderit etiam si alias nouellas subrogauerit, obnoxius fisco 50. librarum auri pondo, *l. 1. eodem titulo.* Cautum de arboribus & syluis Principis in Gallia, constitutionibus propriis regis. ¶ Inuenimus t̄ etiam inter leges Romuli eam, quæ necessitatem colonis imponit educandi quicquid illis nasceretur masculum: e filibus autem primogenitas: nullam autem prolem necari permittit minorem triennio, nisi si quid mutilum, aut alioquin prodigiosum in ipso partu esset editum: tales enim fetus exponi a parentibus non vetuit, sed iudicatos prius quinque vitis proximis vicinis, si illis quoque exponendos esse visum fuisset. Contra autem legem committentium præter alias multas, etiam dimidium bonorum addixit ærario, *Dionysius Halicarnassensis lib. 2.* Hodie tamen ut suo loco latius traditur, & ius necis & exponendi in liberos prohibetur, & iustum ut quisque sobolem suam omnem cuiuscunque sit generis & fortunæ nutriat, *l. 2. de infant. expo. lib. 8. Cod. tit. 52. l. ne: filium. 9. de patr. pot. lib. 8. Cod. tit. 1. 47.* Imo & iure Pandectarum, qui partum non agnosceret, extraordinario iudicio coerceretur, *Paulus in l. 1. §. pœna de liber. agnos. lib. 25. P. tit. 3.* Proscribantur & bona eorum, qui spectaculis, diebus festis potissimum dominicis interfuissent, quive die dominico actus iudiciales exercuissent, *l. final. de feriis, libr. 3. Codic. tit. 12.*

2 **¶** Sunt t̄ & alie causæ proscriptio, quæ, cum de criminibus agatur, apparebunt, ex quibus ditatur ærarium. Atque hæc pauca exempli causâ nunc sufficit monuisse, cetera ad propria

relego loca. Compendia quoque alia proprie infinita fisci sunt, quæ priuilegii nomine illi concedunt, quæ cum fute sint ab aliis tractata, conuieo. cum & tractatum edideri de fisco & fisci priuilegiis Lucas Parmensis. Tractat & Castrensis in *l. fin. de priuileg. fisci. C. Interpretet. in tit. de sententiis aduersus fiscum non retrahendis. lib. 10. C.*

De Ædificiis & Operibus publicis seu vniuersitatatis. Cap. 21.

1 **Æ**dificia publica magnificentius quam priuata olim exstructa. Valerius Publicola eminentes aedes, ne offenderet populum, in plana submisit. eod.

2 **N**ouum opus publicum non debet incipi, priusquam capium perficiatur.

3 **Æ**dificans opus publicum de vitio intra quindecim annos tenetur, se suosque obligat.

4 **Æ**dificium priuatum publico non iungendum, intra 15. pedes, vel iuxta horrea publica 100. pedum, emnis præscriptione cessante.

5 **S**uper ergasteria publica licet ædificare.

6 **Q**ui contribuit ædificiis publicis, & qui non.

7 **Q**uibus liceat titulos suos, operibus publicis inscribere vel assignere.

8 **P**raterea & loca publica non possunt, quam a publicis personis habitari.

9 **I**n palatio non licet priuatis nuptias & conuiuia celebrare.

10 **I**n summa enumerata omnino opera publica.

Apu d̄ antiquos cura erat maxima ornate & magnifice construere ædificia publica, templa, portus, & similia: particulares autem aedes, quantumuis essent præstantiorum virorum, non magis quam vicinorum, apparere, ut ait Demosthenes in *Orat. de reip. ordm. & aduersus Aristocrata.* Et Valerius Publicola ne specie arcis offenderet populum eminentes aedes suas in plana submisit, *Plinius l. 15. de vir. illustr. Dionys. Halic. lib. 5. Plutar. in eius vita. Vale. Max. lib. 4. c. 1. & alii. §. Opera t̄ publica omnibus profunt, & ideo maxime cura adhibenda est, ut ea pulchra, & solida, tuta, & magnifica sint.* Leges itaque eo diriguntur, atque ne prius nouum incoetur quam vetus perficiatur, saltem sine Principis licentia, *l. 4. §. in memo. 12. §. l. fin. de operib. pub. li. 8. C. tit. 12. l. 3. 15. 16. 17. 19. 21. 27. & 29. in in 15. lib. C. Theod. tit. 1.* Et proinde ex pecunia legata ad opus nouum, prius potest refici vetus, si alia pecunia non sufficiat, & satis sit operum publicorum, *Callistrat. l. pecuniam. 7. de oper. publ. li. 50. P. tit. 10.* ¶ Et t̄ vt solida sint opera, qui ædificat. De vitio ædificii tenetur intra quindecim annos, *l. omnes. 7. C. de oper. pub. extra casus fortuitos.* Curatorque operis non tantum se, sed & suos obligat heredes, & ob cessationem, *l. 1. eod. P. ¶* Vt autem tuta sint, cautum ne quis priuatus iuxta opera publica ædificet, ut circa theatra vel amphitheatra, *l. 3. eod. P. Et ædificia diruntur ob metum insidiarum vel incendii, l. ædificia. 13. C. eod. relicto spatio quindecim pedum inter hæc & priuata opera, l. si cui 9. §. l. si. C. de æd. priuat. Et si iuxta horrea publica, centum pedum *l. 4. de oper. publ. in Cod. Theodos. omni præscriptione etiam reiecta, l. præscriptio. eodem C. Theodos. ¶* Permissum tamen t̄ aliquando super ergasteria publica ædificare, *l. competimus. 9. eo. tit. C. Theod.* Quin si opus publicum ædificandum conceditur interdum, & diruere priuata ædificia, dummodo valorem 50. librarum non excedat, non alia, *l. si quanto. 8. C. de operib. publ. in C. Iustini. §. in l. 3. eo. ap. Theodos. ¶* Magnifica t̄ potro vt sint, cauetur primum, omnes sine exceptione contribuere debere, *l. ad portus. 6. eod. C. Iust. l. omnes. 11. C. ¶* Excipiuntur alicubi senatores *l. 5. eod. tit. in C. Theodos.* Dehinc vt in operibus publicis publico sumtu excitatis, ne mo præterquam Princeps titulos suos vel nomen scribat, *l. 3. §. l. si quis. 9. eod. tit. in C. Iustini.* Impensis tamen tunc accepto ferendis curatoribus, *l. 2. eod. C. Iustini.* dummodo rationes reddant præsidibus prouinciarum, & aliis viris spectabilibus, *l. vn. de ratiocin. operum pub. nisi quis suis sumtibus ædifi. auerit opus publicum, tunc enim permittitur nomen suum inscribere volente populo l. 2. §. 7. de oper. pub. P.* Nec tamen reparanti suo sumtu, eius nomen qui ædifi. aut suo quoque sumtu licet delere, sed suum tantum sublicere, *l. 7. P. ¶* Ad magnificam etiam t̄ quoque pertinet, ne prætoria, locaue publica aliis quâ publicis personis, concedantur inhabitanda, *l. 3. de oper. publ. in C. Iustini.* Domus Principis basilicæ & palatii plerumque dicitur, in quo tantum habitare debent post Principem, qui eius vltibus inferuiit, & alii ex iudi. & ei ædificia cõgrua dirui, *l. qui cumq. 16. de e. or. b.**

operib. pub. lib. 8. C. tit. 12. l. vni. de palat. & domib. domin. lib. 11. C. tit. 76. Iubet Leo Cæsar in ciuitatibus in quibus palatium est, alibi quam in eo ne habitaretur prouincia, vt habitandi ratio, saltem curam ædificii suadeat, l. penult. de off. recto. prouinc. libr. 1. C. tit. 44. ¶ Non licet item in basilica inaurata alicuius priuati imaginem pingere, non equos introducere, vel nuptias priuatorum celebrare, l. Basilicam, 20. de operib. publ. libr. 8. C. tit. 12. ¶ Inter opera communia vniuersitatis, & quæ sunt publici vsus, enumerantur quæ in ciuitatibus sunt, theatra & stadia, l. 3. de oper. publ. in P. l. in tantum. 6. §. vniuersitatis, de re. diu. P. §. vniuersitatis, eod. ap. Iustin. §. 1. de inuul. stipulat. C. 1. de offic. forum, §. 1. de inuul. lib. stipul. §. si. de emtio. curia, basilica, via publica, balnea publica, piscinæ, aquæductus fontes, campi publici, vt Martius, fana porticus, & similia, pascua, nemora, & similia. Item agri vectigales & non vectigales: vectigales, qui in perpetuum fruendi locantur: non vectigales, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostros colendos dare solemus, l. cum suis §. si. ager. vet. vel emptythe. pet. lib. 6. P. tit. 3.

De Fontibus, & Aquæductu. Cap. 22.

Lib. 43. P. tit. 21. Lib. II. C. tit. 42.

1. Aquarum vsus necessarius & vitilis, & salubris.
2. Fontium memoria cum sanctitate.
3. Fontes & eorum aquæductus, aut publici, aut priuati.
4. Ius hauriendi ex fonte publico, & aquæ ducenda quomodo prescribitur.
5. Leges aquarum, aquæductuum publicorum, & de officio curatorum aquarum.

Aquarum ¶ officium, & ad publicum vsum, vt ad potum, ad salubritatem: vel ad eluenda pauimenta, ad lauaciones, & ad securitatem publicam pertinet, vt dum ea cinguntur vrbes.

¶ Fontium ¶ memoria, inquit Frontinus lib. 1. de aquæductibus. Romæ cum sanctitate ad huc existat & colitur. Salubritatem enim ægris corporibus adferre creduntur, sicut C. Amarinus meminit.

¶ Fontes ¶ & aquæductus aut publici sunt, aut priuatorum, & ex priuatis fieri possunt publici: tamen in priuatorum non possunt postmodum redire potestatem longi temporis prescriptione, l. diligenter, 9. de aquædu. lib. 11. C. ¶ Quamuis ius ¶ hauriendi vetus longoque dominio constitutum, singulis manere ciuius statutum sit, si de temporis initio non existeret memoria, l. 4. eod. C. Proinde vti fontibus publicis quis prohiberi non potest, neque eo fonte quo vsus antea est: alioquin interdictionum propositum erat a prætorè, vti de eo fonte quo de aqua, hoc anno aqua nec vis, nec clam nec precario ab illo vsus es, quo minus ea ita vt aris vim fieri vero. De lacu, puteo, piscina ita quoque interdictionum, l. 1. de fonte. lib. 43. P. tit. 21. Quod & interdictionum pertinet ad coercendam aquam ne fluat, & ad purgandum fontem, sine quibus vsus aquæ nullus est, l. 1. §. si. de fonte, P. & sicuti pertirent homines, l. si. de riuus, lib. 43. P. tit. 20. sicuti in aqua æstiuâ statutum, in l. 1. §. ait prætor, de aqua quotid. & æstiuâ in P. Pollunt nasci ex his duæ seruitutes vt priuata aquæ aliis communicentur, nempe seruitus aquæ ducendæ & hauriendæ, cui adhæret appellendi pecus ad aquam, & sunt prodita interdictione pro his diuersa, l. 1. §. hoc interdictionum, de fonte in P. Et pariter de modo ducendi varia tractatio, quæ in titulo de riuus lib. 43. P. Verum de his omnibus suis locis, nempe dum de aquæ elemento, & dum de seruitutibus agemus rerum.

¶ Leges ¶ aquarum, aquæductuum publicorum apud Iulium Frontinum lib. 2. de aquæductu. l. 1. §. permittitur, de aqua quotidia. & est lib. 43. P. tit. 19. de his dicimus in seruitu. aquæductu, quedam descriptæ sunt, quas curator aquarum tenebatur conseruare, quarum vna ex SC. Ne quis sine iure Cæsaris, id est, ne quis aqua publicam non impetratam, & ne quis amplius quam impetratam fuerit, ducat. Alia, qui aquam in vsu priuatos deducere volens, impetrare debet, & a Principe epistolam ad curatores deferre. Aliud senatusconsultum quod Q. Aelius Tubero, & Q. Fabius Maximus V. F. id est, voluerant fieri, ne cui priuato ex riuus publicis liceret aquam ducere, utique omnes in quibus aqua ducenda ius datum esset, ex castellis ducerent, animaduertent que curatores aquarum, quibus locis intra extraque urbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem acciperent a curatoribus aquarum, ne qui eorum quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subicere, quam quinariam. Hoc senatusconsultum autem aquam non nisi ex castello duci permittit, ne aut riuui aut fistule publicæ lacerarentur. Alia lex, vt ius impetrata aquæ neque heredem, neque emtorem, neque, vllum prædiorum dominum sequeretur, exceptis balneis, quibus quæ publice lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt semel data aqua perpetuo maneret. Vlpianus tamen l. 1. §. permittitur, de aqua quotid. & est lib. in aliis distinguit, num personis datus sit aquæductus, vt tunc personam non egrediat: an rebus, vt tunc sequatur possessorem. Aliud senatusconsultum apud Frontinum lib. 2. quo de reficiendis riuus ipse cubusque, per quæ opera publica corrumpuntur, placuit circa fontes & fornices & muros utraq, ex parte vacuos centenos quinque denos pedes patere, & circa riuos qui sub terra essent & specus intra urbem & extra urbem continens adificia, utraq, ex parte quinque pedes vacuos relinquere: ita vt neq, monumentum in his locis, neq, edificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret. Et si quæ tunc essent arbores circa spatium, existarentur: præterquam si quæ vlla continentes, & inclusa adificiis essent. Si quis aduersus ea commisisset in singulas res in damna multa damnus esset: ex quibus pars dimidia præmium accensiori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc senatusconsultum commisisset: pars altera dimidia in ærarium redigeretur, atq, care iudicarent cognoscerent, curatores aquarum. Constantinus tamen a formis aquæductuum publicorum arbores 15. pedes voluit seungi, l. 1. de aquædu. lib. 11. C. tit. 42. Augustus 10. l. omnes, 6. eod. Alia lex, Front. lib. 2. de aquæductu. quam T. Quintius Crispinus consul rogauit populum, populus autem sciuit. Quicumq, post hanc legem rogatâ, riuos, specus, fornices, fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publicarum quæ ad urbem ducuntur, earumve quam sciens dolo malo forauerit, ruperit, forare rumpereve curauerit, peiorumve fecerit, quo minus ea aqua carmine qua in urbem Romam ire, cadere, fluere, peruenire, duci possunt, que urbi continens sunt, erunt, in hisque hortis, prædiis, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominus possessoribus V. F. aqua data vel attributa est, vel erit, vt sal distribuat, dividatur, in castella immittatur: is populo Romano C. Millia dare damnus esto. Et qui clam quid eorum intulerit, id omne sarcire, reficere, restituere, edificare, ponere, & calare, demoliri, damnus esto, sius dolo malo, &c. De modis ducendæ aquam, & de aqua ducenda plura tractata videb' paulo post libro sequent. 4. c. 15. de aquæductu, & cap. 16. de aqua hauritu, & cap. 17.

DE REBUS SERUIENTIBVS, ET LIBERIS, LIBER III.

De seruitute prædiorum in genere. Cap. 1.

Lib. 3. C. tit. 14. Lib. 8. P. tit. 1. Inst. lib. 2. tit. 3.

1. Rerum diuisio in Liberas, & Seruientes, & quomodo res seruire intelligantur.
2. Res quatuor modis Seruire intelliguntur. Vnde quatuor genera seruitutum, seruiunt namque persona personis, persona rebus, res rebus, & res personis.
3. Seruitus realis quid.
4. Prædium optimum maximumq, non est quod seruit.
5. Prædium quod dicitur hic: & duplex, rusticum & urbanum.
6. Futuro adificio que seruitus possit imponi.
7. Seruitutes indiuidue, & antinomia hac de re conciliata.
8. Seruitutum realium diuisio.

ALIÆ rerum ¶ diuisio est, vt harum quædam sint liberæ, quædam seruiæ, vel seruientes. Qualitates autem hæ rerum nature sunt ex dominio earum: siquidem vbi dominia distincta fuerunt, res propriae ceperunt cuiuscunque dici, atque subiectio illa, qua domini arbitrio res tractatur, alio nomine quam seruitutis, dicitur, nempe per pronomina, meum, tuum, suum, cap. quo iure defendis villas, 8. dist. Nam res sua nemini seruit. l. si quis ades, 29. de seruitu. urban. præd. l. vti si uis, si vsu si u. pet. P. l. in re communi, 26. de seru. urb. P. l. cum esset, 33. §. fin. de ser. i. rustic. prædio. in P. At si integro remanente dominio, quispiam in re alterius aliquid ius percipiendi aliquam utilitatem habeat, l. quoties 15. de seru. P. res seruire tunc, sed alii, quam suo domino, dicitur. Nec ideo minus

